





Ex libris D. Martín de Gómez

annus 10 mense Iunij

annus secundus 6 Iunij

Ex libris Josephi a Larraga

Es propiedad de

M CELIGUETA

(Aíbar)



marques

*angulos Marques
marques Ibar
marques Los boners
marques boners
marques -
marques que*

R=21131



R.21.131 UNED

KC00015 33306

F.A. 060

V.1

2. 11. 1910
M. 10. 1910

W. 1910



Digestum Vetus, SEV PANDECTARVM IVRIS CIVILIS TOMVS PRIMVS.

EX PANDECTIS FLORENTINIS NVPER
in lucem emissis, quo ad eius fieri potuit, representatus:

COMMENTARIIS ACCVRSI, ET SCHOLIIS
*Contij, & paratitlis Cuiacij, necnon multorum aliorum do-
ctorum virorum obseruationibus illustratus.*



P A R I S I I S,

Apud Sebastianum Niuellum, sub Ciconiis,
via Iacobæa.

M. D. LXXVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

P A N D E C T A R V M I V R I S
C I V I L I S T O R I C A H I

EX P A N D E C T A R V M I V R I S
C O M M E M O R A R I S T O R I C A H I

C O M M E M O R A R I S T O R I C A H I

P R I V I L E G I I S V M M A.

C A R O L V S I X . Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis Pandectas, & cæteros Iuris Civilis to-
mos ab Antonio Contio recognitos, & scholiis illustratos, ante decennium, à prima editione numerandum,
præter Sebastianum Niuellum bibliopolam, ad eius castigationis exemplum imprimat, né ve alibi impressa diuendat
in Galliis. Secus qui faxit, multa fisco applicanda, aliisque pœnis indictis damnabitur, ut latius patet in literis Pri-
uilegij, indultis Lutetiae. 16. Martij. 1571.



MELIORIS IUDICII LECTORIBVS ET STUDIOYSIS ANT. CONT. I. C.

Ihil hac noua commonitione opus fuisse, Viri optimi, sed eam quæ pusillo iuris corpori Lugdunensi præscriperam, iterum proponere sufficeret, si eiusdem corporis recentibus trāsformatoribus, & cum Russardino (desinant enim Duarenō falso attribuere) contaminatoribus, nostrum consilium nostrāque sententia satis fuisse cognita. Velle mequidē illis satis perspectum fuisse diuinum hoc oraculum: NON ARABIS IN BOVE ET ASINO. Mihi si quidem unus hic erat scopus, Florentinam lectionem (quæ sine controvērsia multis retro abhinc seculis suprā omnes omnino scripturæ varietates palmam meruit) puram putam ac sinceram præcise retinere, neque ab ea vel latum quidem vnguem vel minimum iota aut apicē aberare, quod & præstitum à Guillelmo Rouillio certè est, viro restituendis optimis libris nato, cæterorum pace dixerim: cuis laborum fructum semper ab aliis præripi solent eius amici conqueri. At Russardo quis fuit scopus? Exercebat hic in ludo literario pueros. Eorum opera aliquot iuris exēplaria manuscripta, quæ ab amicis corraserat, in unum exemplar contulit, additis & notatis ad marginem varietatibus omnibus, iisq; etiam additis Noricis & Florentinis diuersitatibus, adeò sine ullo delectu, ut quælibet diuersitas etiā unius ineptissimæ voculæ quæ modò in aliquo exemplari lecta esset, illic suum teneret locum: nec solum marginem editionis suæ hac squallēti sylua oppleuit, sed & textum ipsum Florentinum insertis superuacuis aut ineptis aut falsis glossematibus aut verbis corrupit. Ex qua editione quid aliud vnuenit Lectori quam ut aqua, ut dicitur, hæreat? & inter Haloadrinam, vulgatam, Florētinam, variorum item librorum variam scripturam iactatus & natans, omnia pro incertis habere incipiat, qui ab initio certam literam cui iure auctoritatis crederet, desideraret? Si in tanta varietate iudicium suum qualecumque interposuisset (cui tamē minime fidere voluissim) ferendus utique is fuisse: sed ipse anceps & incertus & ambiguus veræ lectionis, omnia penitus reliquit in incerto. Totum igitur hoc editionis incertum, relinquēdum esse huiusmodi soliuagis hominibus, & in illa nostra Lugdunensi: & in hac Parisiensi noua editione & repetita prælectione existimauimus, & solam auctoritatem Florentinā proponendam repletis eius lacunis, & locis difficilibus in margine explicatis. In Codice vero & aliis extra Pandectas libris omnia diligentius fuere recognita diurna nocturnaque annua, bima, trima die, nostra manu omnia denuo versante, ubi & Græca quæ in priore editione deerant, diligentius cùm ex Iacobi Cuiaci eminentissimi viri & nobis nuper redditæ collegæ obseruantissimi obseruationibus, tum ex locupletissima Græcae Basilicorum synopsi seu egloga seu indice quem hoc anno ante paucos menses dedit inclita Basilea, fuere reposita, supra omnem omnium editionum cautelam, ut diligenti & curioso lectori ex inspectione & lectione liquere malum, quam simplici pollicitatione. Quod ad glossas attinet, præterquam quod ex manuscriptarum glossarum collatione, eas emendare passim non sumus designati, & additiones quoque nostræ ad eas accesserunt, quæ viuæ vocis & docentis officium plerisque representare possint & implacabiles doctorum in schola rixas sedare. Si vero miniatæ nigræq; scripture mixtam iucunditatem: quæ & oculos & memoriam pascit & iuuat, si chartæ minime bibulae bonitatem, candorem, ac nitorem, si characterum multiplicium elegantiam, si emendationis denique limam summāque fidem spectetis, fatebimini nunquam huic corpori simile eiusdemq; bonitatis editum fuisse, & mecum desperabis simile unquam editum iterum iri. Valete & fruimini, & Iustiniani vitam à nobis compositam, & iuris hos mirabiles thesauros explicantem, in ipso lectionis limine diligenter cognoscite.

Vita Iustiniani.

FL. IVSTINIANI IMPERATORIS Augusti vita:

Per Antonium Contium Iurisconsultum.

IRATVS s̄apenumērō cur in tanta feraci-tate ingeniorum, & professorum iuris non inertium, pauci admodum vitam optimi Imperatoris & legislatoris Iustiniani in literas mittere adgrediunt, & si qui sunt, vñus & itē alter, qui id tentarint, aut mendosē, aut mendaciter pleraque scriperint: c̄epi apud me postea conicere nulla alia ex re id proficiisci, quām ex seculi nostri deprauatis moribus, vt verū sit quod à quodam olim scriptum est, iisdem temporibus optimè aestimari & recenseri virtutes, quibus facilimē gignuntur. His verò moribus, quibus omnia dissensionibus dilabuntur, assidua maledicta in libellos (vt cunque apologiæ titulo tegātur) conferuntur, pronioresque sumus ad male-dicendum quām veras clarorum hominum virtutes, sincerè recipiendas: ad quas prædicadas adolescentे sensim desidia, pigri omnes profecto sumus. Mihi tametsi tantæ rei non satis idoneo scriptori si rem à melioribus desertam, pro viribus exequi studuero, veniam concedi postulo. Sane libellum hunc honori Iustiniani, usui verò Iustinianorum nouorum destinatum, vel professio iuris, quæ me impulit, excusabit, si minus votis respondero, vel co-natus apud candidos & pios Iustiniani alumnos commendabat, si melius quām mihi promitto rem exposuero.

FLAVIVS Iustinianus, Imperator, Cæsar, Augustus, cognomento Callinicus, à Iulio Cæsare Romanorum quinquagesimus, aut vt alij diuersè numerant, sexagesimus etauus Imperator, patriam nactus est obscuram minusque celebrem, indequé natione magis quām ratione videri potest aut barbarus, aut exterus, non tamen eius fœlicitati obstitit illud Euripidis, χρή τῷ θεῷ διάμονι πρῶτον ὑπάρχει τὴν πόλιν διάδοκον. quod Ammianus Marcellinus lib. 14. tribuit Simonidi Lyrico. Beatae perfecta ratio-ne victuro, ante alia (inquit) patriam esse conuenit gloriosam. Pa-trem quoque eius, naturalem, nemo, ac ne ipse quidem prodidit usquam, vt meritò veterem pariem vñsurpare potuerit, τίς πατέρες αὐτὸς οὐ μη κακοδαιμόνες θύοι; Sed meminisse debemus nobis à natura non magis patriam dari quām domum, agros, æris aut medicinæ officinam (vt Aristó. dicebat) sed hominem ex earum genere esse stirpium quæ cœlo non solo coalescunt, vt ait Plato, demonstrante id discrimen, capite seu radice cælum sursum ver-gente. Quare principum & eorum quorum opes in excelsis sunt, patriam dicere oportet, hunc vastum, spatiōsum immensum Aetheram qui terram suis vdis circumplectitur brachiis. Denique si Empedocli credimus, & nos animo non corpore censerit malui-mus, non modò nobis non erit Hercules aut Argivus aut Thebanus, aut denique Græciensis ciuis, at ne ipse quidem Socrates Mundiensis, sed omnes aduenæ & peregrini censemur, anima vñdelicet, diuinis iussis & Scitis in hoc corpus à Deo relegata, & velut in insula multo vñdique æstu circumfulta, & (vt ait Plato) ostrei instar alligata corpori, ob cuius crassitudinem propria ori-ginis non reminiscatur, à quibus philosophorum placitis non longe aberrat, seu potius ipsi ea in re philosophi & vates non longe aberrant à vetustissimo Hebræorum propheta & rege adue-nam se & incolam non ciuem, huius mundi esse testante. Etenim vt ex veteribus recte transcriptis Marcus Tullius, commorandi in his terris natura diuersorum nobis, non habitandi, dedit.

Verū maior inde laus Iustiniano adcrevit, quod non à patria aut patre nobilitatus, ipse potius patriam propria sua nobilitate antea ignotam, nobilitauit, veteris memor prouerbij, s PARTAM naetus es, ipsam nobilita.

PATERIA.

Procopius & Nice-phorus.

Natus est Iustinianus in vrbe Achrido, regione Tauresia di-cta, apud Dardanos, Europæos & Illyricos. Quam regiūculam ipse postea muro in quadrum muniens, & in singulis angulis muri turrim ædificans Tetrapyrgiam appellari iussit. Eam (vt dixi) prius vel nomine incognitam vibem, nouis muris, templis, porti-cibus, fontibus, balneis ornataam & auctam, de suo nomine PRIMA MAM IVSTINIANAM vocauit, non vt quidam perperam pu-tant, Iustinianam nouam. Primam autem ad differentiam patriæ coniugis suæ quam similiter in Cypro insula instauratam, Secundam Iustinianam de suo nomine appellavit, coruscā enim radiis virorum coniuges: nec satis esse ratus si muris & ædificiis suam patriam fundaret, præcipuis eam priuilegiis dotādam, multo ma-

gis esse censuit: itaque Nouella numero vñdecima, Latina lingua primitus scripta (quam ego primus typis apud Niuellū licet in-emendatiorem edi procuraui) summa archiepiscopatus dignitate eam ornauit, in ecclesiasticis, summa item Præfectura Prætorij illyrici in ciuilibus rebus, cuius Nouellæ principium huiusmodi est IMP. IVSTINIANVS. A. Catelliano viro beatissimo Archiepi-scopo primæ Iustinianæ. Multis & variis modis nostram patriā augere cupientes, in qua primò Deus præstítit nobis ad hunc mūdum quem ipse condidit venire: & circa sacerdotalem censu-ram, eam volumus maximis incrementis amplificare, vt Primæ Iustinianæ patriæ nostræ, pro tempore sacro sanctus antistes, non solū Metropolitanus, sed etiam archiepiscopus fiat, & cæteræ prouinciae sint sub eius auctoritate &c. quæ ex Nouellarum libro à nobis sub vtraque lingua edito studiosi repertent. Ex qua Nouella id quoque comprobatur quod peritis ecclesiasticæ antiqui-tatis vñque notum est, Archiepiscopi gradum ante latum fuisse omnibus metropolitanis, & patriarchatum in se fuisse comple-xum, quo loquendi more idem noster Imperator Ioannem Papam salutat archiepiscopum urbis Romæ. I. Inter claras. C. de summa Trinitate. Nouum hoc Primæ Iustinianæ nomen, tametsi aliquo tempore mansit, vt indicant plurimæ Gregorij Papæ ad eius archiepiscopos scriptæ epistolæ, tamen sequentibus temporibus tota ea regione à Bulgariis occupata, Bulgaria, velut totius prouinciae mater, appellata est auctore Theodoro Balsamone in Nomocanone: cuius episcopatum cùm ita nominaretur, gessit Theophylactus non incelebris noui testamenti scholiastes. Vi-deant nunc qui Iustinianum Thrace, aut ex Salona Dalmatiae vrbe natum, aut ex Bedirina fingunt, vnde fidem sibi faciant.

PARENTES.

Pater eius (vt prædixi) naturalis ignoratur: mater verò ab histo-ricis asseritur Iustini Imperatoris, ac decessoris eius soror, Bo-riades & Iustus fratri eius filij Procopio lib. 1. Persicorum, scripsit Nouellam 121. ad Arsilium, seu Basiliūm præsidem Tarsi quem vo-cat fratrem iucundissimum, sed hoc nomine presides suos solebat dignari. Pater sanè adoptiuus ipsius D. Iustinus simpliciter ab eo pater vocatur in Institutionibus & Codice. Qui verò patre Opilione vel bubulco aut subulco natum perhibent, hoc solo nixi, quod de Iustino id tradatur, tametsi id Iustinianī famam non lædit, tamen nimis probrosè & ingratè à vilissimis auctoribus & mendacissimis scribitur.

NOMEN, ET COGNOMEN.

IUstiniani nomen à Iustitia accepisse Pontianus quidam episco-pus scribit in secundo Conciliorum tomo: quod tametsi ele-gantius quām certius excogitatum est, æquius tamen consulendū, quod tradiderunt alij, adoptionis lege assumptum patris adrogatoris nomen, ex Iustino mutasse Iustinianum, vt Sci-pio ab Aemilio adoptatus dictus est adoptionis ritu Aemilianus. nam si hoc ita est, cur fastis eius consulatus adscriptus nomen præfert Iustiniani, nondum tunc vlla adoptione aut eius mentio-ne secuta? Quidam ei Anicij addunt seu nomen, seu cognomen, quod apud nullum idoneum historicum reperi. Callinicum sanè in bello à militibus crebro appellatum Procopius non vno in loco prodit, à summa victoriarum felicitate, vnde forte & à posteris Anicius, quasi Anicetus ἀνίκητος, inuitus, vt eius posteri se inscribunt.

PRIMÆ MILITIA, ET MILITIA gradus.

Svmmis & animi & corporis dotibus, magnanimitate, pruden-tia, robore, ac fortitudine præditus, & medium hominum sta-turat excedens, facie rubicundus, truci ac versatili vultu, capite perperam aliquantulum glabro: prima militia & castrorum rudimenta A-naftatio, Iustino, & summis belli ducibus adprobauit, ac per sin-gulos militia gradus promotus, Vitaliano septimo Consulatus lui mense cæso, (ipsius & Iustini vt quidam volunt iussu) creatus est magister militum Praesentalis, Græce στρατηγός, móxque omnium rerum administrationem velut cæteris omnibus idoneior accepit. Iamque tum omnium oculi in eum coniecti sunt, omnisque imperij successio conuersa, vt Procli dissuasio petitæ à Cabade Persa adoptionis, ostendit apud Procopium. Sequenti mox anno additur ei consulatus quem primum cum Valerio, maiore, quām cæteri omnes, fama gessit, sparsis aut distributis in populum & spectacula 288. solidorum millibus, leonibus 20. & par-dis, aliisque numerosis in amphitheatro exhibitis feris. equis item & aurigis seu agitatoribus in circo datis, sola insanienti populo

mappa

Marcellina. Cronic. Zonaras. Hoc verbū vulgus in-terpretum Iuris Ign-a-rum vertit ducem mi-litum apud Cedrenum vbi de Zeta agitur stra-tellita. i. ma-gistro mili-tū per Ar-menias vt liquet ex l. 5. C. de off. mag. mili-tum.

Vita Iustiniani.

Ecclesiasti.
47.

mappa denegata [mappa quid sit ex Nouella 105. De consulibus & meis ad eam notis intelligi potest.] Verum eadem nouella qua sibi præsumperat, aliis admittit tantæ munificentia profusionem: quasi soli principi liceat aurum effundendo contemnere, qua felicitas data fuit olim Salomoni, ut colligeret quasi aurichalcum aurum, & completeret ut plumbum, argentum. Ferunt, cum circa id tempus a Iustino paterent proceres, ut sibi imperij collegam adscisceret Iustinianum, manu purpura admota, Iustinum respondisse: Vobis optandum est ne iunior aliquis hanc induat. Verum paruo post tempore a proceribus designatus est N O B I L I S S I M U S, quo verbo quædam spes imperij ostentatur: quorum designationi tum Iustinus exoratus præstitit assensum. Idem paulo post cum ob vulneratum crus decubuisse, salutis dubius & senio confectus, ac reip. vīsibus consulēs, vocato Epiphanio ac proceribus palam eum imperij successorem declarat, & ritu solenni in ea spem adoptat, solenni die Paschæ decimaquinta die Aprilis (qui Græcis est Xanthicus) Mauortio Consule indictione quinta anno mundi 6035. Christi 527. eique annum ætatis tum XLV. agenti Iustinus diadema regium ac imperiale suis manibus imposuit, caputque eius coronauit. Illinc incontinenti in Hippodromum, ubi maxima frequentia populus conuenerat, procedens Iustinianus, ibique faustis adclamationibus populi exceptus, in regiam reuertitur. Theodora quoque Iustiniani coniux aliquot inde diebus Augusta salutata est. Erat origine Cypria, cuius in Cypro originariam ciuitatem denuo aedificatam, postquam solus imperio potitus vir est, Iustinianam secundam ad patriæ suæ & Iustinianæ primæ differentiam appellauit. Eius sororem Comito Zetta magistro militum per Armenias vxorem dedit Imperator, ut scribit Cedrenus. Vide l. 5. C. de Off. mag. milit.

IMPERIUM SOLIVS IUSTINIANI.

Cedren. &
Marcellin.
com.

Ex Marcel-
lino.

Quartuor mensibus Aprili Maio Iunio Iulioque cum patre adoptiuo in imperij consortio confectis, & Kalendis Augusti mortuo Iustino, Solus Iustinianus imperium administrare coepit: coniuge tamen Theodora Augusta supra quam sexus ratio patitur, rebus se communibus, & fouendis haereticorum partibus immiscente. Is mox auspicio imperij Consul creatus dedit hypatiā, seu consularē munus, quantum nemo imperatorum ante ipsum. Regium vestibulum priscumque in eo solium ex quo spectare circum & ludos solitus est Imperator, eminentius clarissime quam fuerat, item Senatorum spectantium porticum solita magnanimitate redintegravit.

GESTÆ PER EVM IN IMPERIO, circa religionis causam.

Primam curam orthodoxæ fidei tanto impensius adhibuit, quanto res humanas diuinæ præcedunt, & pīj Theodosij exemplo, de religione quam ipse coleret, quæque vera & sola colenda esset, subditos admonendos arbitratus, & piis Iustini vestigiis infistens, cuius prouidentia Synodus Chalcedonensis in omnibus fere ecclesiis tenebatur, mox in ipsis Imperij primordiis, tum sequenti altero atque aliis annis, fidei orthodoxæ professionem, & quatuor cōciliorum generalium confirmationem edictis proposuit omnibus populis ciuibusque Constantinopolitanis: quæ postea in suum Codicem referri iussit, & (quia Græca erant) haec tenus desiderata, suis nuper locis reposuimus. l. 5. & 6. C. de summa Trinitate. Edidit & typum De ordinandis ad episcopatum agynæs & atecnis, id est cœlibibus & orbis, & ut de his duntaxat bonis quæ ante ordinationem habuissent testari possint. l. 41. Græca. C. de episcopis & clericis. & ne episcopi fiant aulici aut ad comitatum principis accendant. l. 42. ibidem. & ut sacri canones non minus valeant quam leges quod & Nouella 137. auxit, & ut presbyterorum filii sint & habeantur pro incestuosis, & alia plurima ad religionis statum pertinentia. Postea quoque tertio suo consulatu cum rumor esset secius eum de religione sentire, quam 4. cōciliis generalibus esset definitum, accuratiorem fidei suæ professionem ad Epiphanium Constantinopoleos patriarcham emisit Græcæ, & eodem fere exemplo ad Ioannem viris Romæ archiepiscopum & papam Latinè. l. 7. & 8. Inter claras. Cod. de summa Trinitate. Theodoram sane Augustam infamant literæ, ut haereticam & septicam damnatae opinionis de vnica Christi natura, nec defuerunt qui ambigerent, idne ex composito facerent, ut ita diuersas in religionis negotio partes tuerentur (quod ab astutis & vafris etiam nostris temporibus factitatum appareret) an vero, quod reuebra diuersè sentirent, & vxor opinione marito non cederet, siue studio contradicendi, siue stulta ac muliebri persuasione circumuenta, siue quod vñuenire solet, ut pater a filio, vxor a marito, quod ad regnum Dei attinet, dissentiant. A viro sanè obtinuit ut Seuerus Eutychis haereseos successor Constantinopolim euocaret, & partim coram, partim literis, rectam ab initio Anthimi pa-

triarchæ sententiam, ad Eutychianum & suum dogma depravaret.

Cum autem Iustinianum reconciliatus a Theodato rege Gortho Constantinopolim venisset papa Agapitus quasi legatus, de fide cum Iustiniano & Anthemio facta collatione, reperit ambos in Eutychetis dogma esse prolapsos, aut Iustinianū saltē, qui coniugis suus Anthemium ad illum thronum prouexerat, acta sua rescindere renūtem: cum duabus de causis deponi eum posceret Agapitus, & quod vitiosa esset eius è Trapezunte translatio, & quod cum Eutychete damnato sentiret. Cumquæ dixisset Augustus: Aut consenti nobis, aut te in exilium deportari decernam. Agapitus respōdit: Ego ad Iustinianum Imperatorem Christianissimum venire desiderauī, sed nunc Diocletianum inueni, qui tamen minas tuas non pertimesco. Tandem igitur sacerdotis constantia compunctus princeps, mutato propolito, rem examinari permisit, atque ad fidei Catholicæ confessionem pariter cum multis reuersus, Pontificem adorauit, & Anthemium publicè ab Agapito conuictum, & depositum in exilium ire coegerit: nec multò post idem papa Agapitus Constantinopoli diem supremum clausit, ordinato prius in Anthemij locū Mena Xenodocho Sampsonum, cui & ipse Agapitus (Agathonem nominat Nicephorus lib. 17. c. 9. & 25.) manus imposuit, quod antea nunquam factum esse ait idem Nicephorus. Is Menas cum Agapito concilium particulare in vrbe Constantini conuocans, Seuerum Petrum, Anthemium & Zoaram, anathemate ferit. Cuius cōciliij sententia & ipse Iustinianus cōfirmauit, & Seueri scripta cremari iussit. Ea est Nouella eius quadragesimæsecunda, quam ex veteribus actis conciliorum Latine versam superioribus annis restitui. Verum non quemadmodum ad piam frugem rediit Iustinianus, ita & Theodora, sed venenum quo semel erat imbuta retinet, fœmineam crudelitatem ob depositum Anthimum exercuit in Siluerium Agapiti successorem papam Romanum. Nam eius literis Belisarius obsequens non sine Vigiliū diaconi proditione cum Romæ esset, eum a falsis testibus conuictum, in exilium egit ad Pontiam insulam, hanc solam ob causam quod Anthemium in pristinum thronum nollet restituere. Extat Silueri rescriptum ad Amatorem episcopum: quo tamen aperte solam Antoninam Patritiam Belisarij coniugem & maritum eius accusare videtur, sequē cūm ad ipsam venire iussus esset, retentum esse ab ipsa ad primum & secundum velum omnem clerum & populum qui papam sequebatur, & se solum cum Vigilio diacono introire permisum: ibique multis criminacionibus obiectis, se rādem in exilium esse missum in quo sustentaretur pane tribulationis & aqua angustia. Ex ea insula sententiam depositionis Vigilio successori veluti inuasori, & per prodicionem paricidalem intruso, mittit a se & 4. episcopis subscriptam. extat illa inter eius decreta in 2. volumine conciliorum. Sed & diuina procurante vindicta postea accedit, ut quod fecerat, ipse pateretur, & proditionis poenas longe acerbiores daret. Is enim fidem dederat Theodora se damnationem Anthimi renocaturum, si quando in Siluerij locum succedere per eam liceret: ergo promissa ab eo reposcens mulier, cum mutasse eum sententia nec promissis stare velle intellexisset, Anthimum Scribonem Romanum misit, hoc ei dato verbo. Excepto in Basilica S. Petri, parce. Nam si in Lateranis aut in palatio, aut in qualibet Ecclesia inueneris Vigiliū, mox impositum naui perduc ad nos, & minas ni mandata impleret, addidit. Hic igitur Scribon inuentum Vigiliū in Ecclesia S. Ceciliae (erat enim dies natalis eius) & ibi munera ad populum erogantem, prehensum abduxit in nauem, populo ei male precāte ob summa eius in Siluerium & alios sceleris. Ei Constantinopolim delato, perlectoque ei proprio Chirographo de restituendo Anthemio, digna factis repensa sunt. nam ex basilica sanctæ Eufemia tractus denegato asyllo, per ciuitatem fune ei collo alligato, & in carcere missus, digna factis recipere se Christiane confessus est. Sed pio miserationis intuitu post multos annos inde reuocatus & Romanis a Pio Imperatore donatus est. Verum prius quam ista contingenter toto biennio libere degebat Vigilius Constantinopoli, ac in summo apud Imperatorem honore. Quo tempore etiam celebrata est quinta œcumonica Synodus: cui tamen interesse, quamvis ab Imperatore synodique multo tuis inuitatus, & ut dicebāt, vltro ipse pollicitus, Vigilius ipse noluit: sed sententiam suam de his quæ ibi tractabantur, specialiter se Imperatori scripto editurum respondit, quod nec præstitit, forte nolens exemplum præbere quo aliquando præiudicatum esse putaretur, papam concilio subiacere: & quamvis anxie ab eo id impetrare studuerint patres, spe tamē frustrati nihil de ipso feciūt aut interlocuti sunt aut decreuerunt, aut eius communione abstinerunt. In ea synodo damnatus post mortem est Origenes cum suis deliramentis Platonicis, & anathematizatus, idque fieri posse præiudicatum fuit, similiter & de Euagrio Didymo & eius sequacibus decretum, idque prima & secunda actione eius concilij tructum. Vnde liquet primam quæ hodie edita est in 2. tom. con-

Nicephor.
lib. 17.

Vita Iustiniani.

ciliorum, non primam sed tertiam actionē esse, ibique totas duas sessiones desiderari quas propediem edituros nos speramus. Nam à tertia usque ad ultimam sessionem tota cognitio fuit & pronuntiatio de tribus capitulis, id est, Theodori Mopsuestiensis & scriptis eius, & Theodoreti contra Cyrilli 12. capita, & epistolæ Ibæ ad Marin Persam condemnatione, & post mortem quoque anathematismo. qua de re quatuordecim capitula seu anathematismi in cōclusione totius concilij facti sunt: quæ capitula & antea paſſim extabant, actis concilij interceptis. Multa in eo concilio recordata, notata digna: multæ Vigilij & pōtificum Romanorum epistolæ, atque Iustiniani & aliorum constitutiones habentur, quæ nunquam antea typis sunt editæ. quæ omnia permagni Ecclesiæ Catholicae interest esse salua. Utinam in his pretiosissimis ecclesiæ reliquiis, & vasis curiosiores essent aulici episcopi, quam in censibus augendis, quamquam utrumque oportet curare, sed illud magis. Edidimus ante biennium acta tertij concilij generalis nunquam antea editi, sed quotusquisque non dicam presbyterorum, sed vel doctiorum vel episcoporum ea sibi comparare studuit? Prostant adhuc omnia fere exemplaria. Quis hanc ignauiam, quis hoc veterum & contemptū rerum sacrarum posteris mandabit? Si malus liber, si hæreticus, si scommaticus, famosus, si lingua vulgari, si inuestiuſ prodit, mox ē tabernis librariorum quoquo pretio exportatur. Libri optimi, piissimi, necessarij ad salutem vel politiam spectantes, in situ & puluere cū blattis & tineis volutatur. Sed ad rē. Non multo post illud quintum cōciliū tempore, Catholicam fidem quies habuit, quād illinc Anthimum &c. inde Origenem & eius sequaces, hinc verò Theodorum Theodoritum & Nestorij reliquias telo anathematis synodi percutserant. Inuenit vetus zizaniorum fator, ecclesiæ quieti inuidens, quemadmodum eam occultiore via adgrederetur. Seueri illius à synodo Constantinopolitana speciali & Nouella Imperatoris 4.2. damnati velut hydræ & hæresiarchæ Acephalorum amputati, quædam capitæ repullarunt Julianus Halicarnasseus & Gainus, qui & Seueritæ & Caianiani & Aphthartodocitæ dicti sunt, ex eo quād aphtharton, id est, sine phtora & corruptione, & incorruptibile fuisse dicūt corpus Domini nostri I E S V Christi ante passionem. Atque id quidē pulcherrimo pietatis prætextu dicere sibi visi sunt: quorū hæ sunt sententiæ, & earum refutationes à Nicephoro relatæ.

Vide Ioan.
Damascen.
in catalogo
hæreſeon.

Aphthardo citæ dicunt. Nos necessitate naturæ, affectiones naturales & passiones famem, sitim, fatigationem, angorem, lachrymas, & similia subimus, sed Christus ea omnia sponte non necessitate pertulit. Catholici respondent: Quamvis spontanea eius passio fuerit, & qualis tamē nostræ fuit, nec potest dici incorruptibile id quod more nostro patitur: & Ioan. Damasc. lib. 4. c. 21. orthodox. fid. naturales nostræ passiones (inquit) secundum naturā, & supra naturam fuerunt in Christo. Secundum naturam enim mouebantur apud ipsum, quād permittebat carni pati quæ propria. Supra naturam autem, quia non præcedebant in domino, voluntatem, naturalia. Nihil enim coactum in ipso consideratur, sed omnia voluntaria. Volens enim esuriit, volens sitiit, volens timuit, volens mortuus est. Aphthardo dicunt. Quomodo vos incorruptibile post resurrectionem dicitis eius corpus fuisse, eodem modo nos ante resurrectionem fuisse dicimus, & nihilominus nobis οὐούσιον. Catholici contra. Quamvis dicamus incorruptibile fuisse post resurrectionem, tamen id per gratiam non natura incorruptibile fuisse dicimus, non autem ante resurrectionem ne per gratiam quidem, quia ante eam dicitur passus famem, sitim, atque alia, itaque non potest id dici incorruptibile quod talia patitur: sed post resurrectionem nihil tale passum dicitur aut legitur. quād nanque cibum post resurrectionē cœpisse scribitur, non id famis explendæ gratia, sed κατ' οἰνομάκαν & dispensationē factum est, vt manifestè doceret se ex mortuis resurrexisse. Quomodo & clauorum fixuras ostendit, ne spectrum esse putaretur. Unde non dicit scriptura quād esuriens comedet, aut sitiens biberit, sed quād simpliciter ederit & biberit: quia tunc incorruptibilis fuerit. Inde quidam putant cibum quem sumpsit, fuisse quasi ab igne diuinitatis consumptum. φθορὰ quoque, seu corruptionis verbum duo significare. Primum, naturales & irreprehensibles carnis passiones, sitim, famem, mortem, seu animæ à corpore separationem & similia: ad quem modum corruptibile fuisse corpus dicimus, vt pote οὐούσιον cōsubstantiale nobis. Eas enim passiones sponte & sua voluntate omnes suscepit Deus Verbum, propterea quād homo propriè & verè factus sit. Dicere autem hoc modo incorruptibile fuisse hæreticum est & impium. Aliud significatum est τῆς φθορᾶς, nempe carnis in elementa resolutio & destrucción, secundum quam significationem & nos Catholici corpus Domini incorruptibile fuisse dicimus, quod nullum inquinamentum inuadere & pertingere potuerit, iuxta illud I sal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Αὐτόφθορα, seu destructionem, hæc enim phthoras species magis à multis dicitur & ap-

pellatur diaphthora, inquit Damascenus lib. 4. orthodox. fid. cap. 28. vbi locum hunc tractat eodem modo quo Nicephor. lib. 17. c. 29. ex quo hæc summis. Eadem sentit & Cassiodorus in explicatione Psalmi 15. Secundum primum significatum dicimus corpus eius post resurrectionem fuisse incorruptibile, sicuti & nostra erunt corpora (Deo dante) post resurrectionem: ante resurrectionem vero secus. Hæc hæresis passim tum mundum impleuit, nec idiotas solum sed & magistratus & hierarchas, & ipsum adeò orbis Imperatorem Iustinianum. Hæc pluribus exequi volui, quia qui defunctoriè vitam eius descripsérunt, in hæresim Eutychetis eum delapsum esse scripsérunt: homines ignavi & veritatis incerti, mentiendi veterna ebrij. Non defuerunt tamen qui vtcūque piissimum Imperatore excusatū à criminis impietatis voluerūt. Primum quod ita præ nimo Christi amore senlerit, sive ita magnificètius de Christo estimaturū arbitratus fuerit. Nemo enim, trimegisto Constantino excepto, tanto ardore pietatis flagravit ut omnes historici testantur, idque templi illius S. Sophiae stratura, quod hodie vnum ex Christo erectis trophæis miraculum pyramidibus anteponendum Memphiticis extat: quod assidue meditatus est de religione, canonibus, rebus diuinis, ecclesiam, & clerū amavit, fuit, opibus auxit, & donariis: quod zelo fidei multa dura constituit, aduersus Hebræos hæreticos, Samaritas. quod infinita templa aut construxerit noua, aut repararit collapsa. Sanè cūm ecclesiam in suam deuiam viam adducere modis omnibus tentaret, spe frustratus est, eam nanque Deus septo firmiore communiit, quam ut vel ab orbis Imperatore & domino destrui possit: concuti potest & affligi, euerti & corrumphi non potest. Magnum profecto principibus posteris edidit ille documentum minimum eos in euertenda vera religione posse. Vigilius etiam tum Romæ adhuc degens, cūm ei adsentiri ea in re nollet, redire Romam iussus in Sicilia calculi morbo periit, eique Pelagius succedit. Denique edictum publicè proposuit Imperator ciuibus Constantinopolitanis in quo omnes penè superius relatas aphthartodocitarum rationes inseruit, ut facilius persuaderet & peritos, & cūm persuadere se nihil videret, minis & vi agere cœpit & Eutychium sibi resistētem patriarcham Constantinopolitanum in exilium misit. Tandem cum & Anastasio Antiocheno patriarchæ & aliis sacerdotibus exili libellum dicit, inuisibili iūtus plaga ex hac vita discessit. Sanè moriturus testamento mādasse dicitur restitutionem Eutychij suo successori, vt olim Constantius Athanasij, sed & eum respuisse pīè potius credendū est, quam maligne de piissimo alioquin tota vita principe iudicium ferendum, præfertim cūm scholæ omnes Christianorum iuris consultorum diem ei festum agant singulis feriis quintis septimanæ, & Ioannes Faber eius nomen in catalogo Sanctorum legi testatur. & sexta synodus in Trullo eum felicis quietis & recordationis nominet, & quotanis multo post eius mortem tempore memoria eius in templo S. Sophiae, in publica collecta celebrata sit, atque etiam in templo S. Ioan. Euangelistæ Ephesi, & quād ob alia eius egregia in religionem merita, & templi excellentissimi ædificationem, si qua fuerunt eius delicta, ea infinita Dei misericordia fuerint contecta.

BELLVM PER EVM GESTA.

Constituta religione, rectè atque ordine mentem, curamque, & labores corporis omnes ad primam omnium rerum sustentationem retulit: militaria scilicet agmina seu legiones emendans, veteribus in melius reformatis, nouis verò adscitis, absque tamen publicis expensis. I. I. C. de Iustiniano Cod. confirmando, vt ipse de se prædicat: tametsi non desint scriptores, qui eum diffamant, subiectos populos infinitis expensis prægrauasse, dum nimios exercitus, insanam & nouam totius fere orbis ædificandi aut instaurandi insaniam, & vix optandas victorias, animo concipit. Nam quod in legibus componēdis sumptus fecit, id nulli vñquam auctorum in querelam venit. adeò tenui sumptu musæ siue hilariores, siue ciuiles virtutes contentæ sunt: atque utinam præceptoribus Grammatices & primarum literarum sueta non ademisset has ob causas solatia, vt Zonaras solus quæstus est: quæ tamen ab eo restituta fuisse, ex Nouella quadam pragmatica quam extra numerum ex manuscriptis libris restituimus, intelligi potest.

BELLVM PARTHICVM SEV PER-

sicut gestum per Belisarium.

Rimūm igitur Belisarium suum quādam equitem, antequam imperaret, fidissimum, ad Daras & Nisibi proxima loca destinat, deinde illi Hermogenem sociat ad hoc bellum exequendum. Inferebatur autem hoc bellum à Cabade Persarum rege sub prætextu non impetratæ à Iustino adoptionis, quam de Cosroë filio suo per legatos petierat. Sed Proclus Iustiniani paredrus & quæstor obnoxie dissuaserat. Primam victoram obtinuit Belisarius in Mesopotamia ad Daras & Nisibim, aliam postea in Armenia: cū & Tzanos Romanæ ditioni subiecit, & Narses Persarmenius cū fratre

Vide magi-
ſtrū Sētent.
lib. 3. ca. 15.
Vide itē E-
piphaniū li.
3. cōtra hæ-
ref. Dime-
ritarum: vbi
honestas
paſſiones &
non ſordi-
das eum ſu-
ſcipiſſe do-
cet & Iſrae-
litas quoq;
totis 40. an-
nis in defor-
to ſordido-
rum paſſio-
nū exortes
fuſſenarrat
er traditio-
nib. Iudæo-
rum & aliis
argumētis.

In editione
Nouellarū
& editorū
in fine.

Vita Iustiniani.

fratre in partes Romanas transit. Sed quinto mox imperij Iustiniani anno per Alamundarum Saracenorum principem, virum in bello fortissimum (qui iam tertio supra anno in Syriam & locum qui Litargum dicitur, irruperat) itemque per Azaretham ducem totius Persarum exercitus pridie Sancti & magni Paschatis cum omni iejuno exercitu (ea tum erat Christianorum sanctitas ut bido ante Pascha iejuni usque ad summam noctem Paschatis absque ullo cibo perdurarent) fuisse & vixit est, hoc facientibus (vt credunt) peccatis, & quia exercitus aduersus Belisarij consiliū prelium adpetierat. Verum biennio post, i.e. imperij Iustiniani anno septimo, tertioque eius consulatu post multos belli sudores aduersus Medos, Persas & Parthos efferatissimas gentes (cum iam ad Vandalicum bellum inchoandum reuocatus esset Belisarius) pax illa æterna in libris nostris decantatissima, & quæ aperanta Græcæ & πέρι τοῦ εἰρήνης dicta est, depacta fuit intercessu Legatorum Rufini Patritij atq; Hermogenis magistri officiorum. πέρι τοῦ autem idcirco dicta fuit, quod paulo ante, aliam pepigerat Persicorum bellorum finis fuit.

L.2. C.de sarum rex in centum decem annos. Sed perfidus Cosroes 13. annos imp. Iustiniani, ea pace erupta, bellum rursus excitauit, quod cū cleād, in pī. Romanis periculosisimum cerneret Belisarius (iam enim in medietate Romanorum ditionem perruperat Cosroes, summa & mirabili prudētia barbaro regi persuasit ut domum rediret & pacem à Romanis peteret, quo stratagemate non minorem quam ex capto Gelimere gloriam meruit si Cedreno credimus). Hic Persicorum bellorum finis fuit.

BELLVM V AND ALICVM ET Africanum.

Septimo Imperij anno Africam tertiam orbis partem, Romanæ iterum ditioni adiunxit, iam per xcvi annos à Vandalis possessam, & crudelissimè habitam. Christianos enim cogebant in Africam dogma transgredi & rebaptizari: illi verò patiētia fortis, Christum & poenas suas elingues eloquibatur palam: auctoribus Procopio & Iustiniano. l. i. C. de off. Praef. Præt. Africæ. ordo hic belli fuit. Post pacem æternam & aperanton cū Persis facta, reuersus in urbem, ex Persica expeditione Belisarius, circa veris initium: aut, (ut Nicephorus ait) circa solsticium aestivum, postquam classi benedixisset, benéq; precatus esset Epiphanius Pontifex, Belisarius ipse cum Antonina coniuge & Procopio historico, classique tota pretoriā nauem sequente soluit à portu: ac primum Heracleam abydum, Sigeum, Maleam, Tenarum, Methonem, Zacinthum, & inde Siciliam appulit, atque ex Sicilia ad litus Africanum, eamque partem quæ dicitur Caputuada in Bizacena prouincia classem sifit: distat is locus à Carthaginē quinq; dierum iter, atque ita tertio postquam Constantinopoli egredi erant mense, in terram descendunt. ibi primum futuræ victoriae omen sumptum, ex loco, alioqui sicco, paululum defosso aquas exercitui reddente, in cuius rei memoriā ciuitas ibi à Iustiniano postea condita. Sequenti die urbem Syllectum nullo labore per speciem plaustrorum ingredientium capit Belisarius. Inde per urbes, Leuctrum, Adrumentum & Græsum, recta petens Carthaginem venit, ad Decimum, scilicet Carthaginis suburbanum, ibique Ammatam Gilimeris regis Vandalorum fratrem fudit & occidit, & per lxx. stadia magnam Vandalorum stragem edens: duorum nempe millium, postridie commissa pugna victoriam obtinet in Vandalos, qui mox in Bulæ campum configiunt. Itaque postero die Carthaginem ingreditur Belisarius, portas vltro aperientibus ciuibus, ac eodem die in Gilimeris cōsedit throno, & in Delfico est epulatus. Agnoscitum tum vetus prouerbium. Gamma Betam, ac rursum, Beta Gammam persequetur, id est Gensericus Bonifacium Romanum ducem contra illum missum: & rursum, Belisarius Gilimerum. Finem quoque tum reperit beati Cypriani per visum oraculum fore, vt Basilica suæ martyrij à Vandalis polluti & occupati, aliquando vindex esset. Tunc etiam verum esse compertum est Vandalorum prouerbium, Nullam possessionem perpetuam esse, cuius occasionem altius repetit Procopius. Belisarius Carthaginē & tota ea dicēt infinitam Gazam, & vasa Hierosolymitani fani à Tito Romam asportata & Roma à Genserico rursus Carthaginem, ac immensam insuper pecuniam, longæua pace à Vandalis collectā, cōcepit, ac Constantinopolim retulit, cum trimestri spatio post captam Carthaginem, captum Gilimerem, vna Constantinopolim in spem triumphi vinclum catenis aureis adduxisset. Egit hunc triumphum Belisarius quarto Iustiniani consulatu, ac sequente mox anno Consulatus eidem Belisario est delatus. Renovatus vetus mos triumphandi post sexcentos annos intermissus in totum, præterquam in Tito, Vespasiano, Traiano quoque & quibusdam priuatis: tantum hic triumphus à veteribus distabat, quod non equestri, vt olim, sed tantum pedestri pompa processit triumphans Belisarius, à domo sua usq; in Hippodromum, locum scilicet habendi Senatus: vbi omnem regiam Gazam, vasa & thesauros exposuit, & reip. reddidit, ad summam multorum millium talento-

rum, quæ omnia in reparando postea Sophiæ templo Imperator impedit. Vasa autem Iudaica, Hierosolymæ ecclesia transcripta. In eo triumpho fertur rex Gelimer lingua sua exclamasse cū Sardonio risu, Salomonicum illud: vanitas vanitatum & omnia vanitas. Nam & Iustinianum solito more supplex catenis vinclus aureis adorare iussus est, ipso præeunte Belisario, ad prostituta regiae dignitatis solatium: multum hæc historia illustratur ex. l. 2. C. de off. PP. Afr. scripta ad eundem Belisarium magistrum militum per Orientem, Iustiniano A. IIII. & Paulino consulibus. sed aliquot annis mox in Africa, bella quæ videbatur sopita instaurari cœpta, & bellum aduersus Maucusios duce primum eodē Belisario mox Narsete diu gestum & tandem confectum, quod latius exequuntur Procopius & Agatias. Perpetua dignum istud memoria est, Maurusios originem traxisse ex priscis illis gentibus in Pentateucho Mosis recitatis, Gergesæis (inquit) Iebusæis & aliis quas Iesus Naue à Phœnicia Sidonia Ægyptum usque fugauit: qui nec ab Ægyptiis recepti, ad Libyam transgressi, fedes illic habuere, & duos lapideos titulos cum hac insculpta sententia supra fontem statuere: Nos sumus qui fugimus à facie Iesu latronis filij Naue.

BELLVM GOTTHICVM AD

Roman & Italian.

Belisarius tot trophaeis nobilitatus, quo anno consulatum gererat, maiora iam sperans, in Italianam mititur, sub specie quidē compescendæ Theodati aduersus Amalasuentam tyrannidis, reuera autem spe & fiducia è manibus barbarorum euincundæ virbis Romæ senioris & totius Italæ. Ac primum in Siciliam traxit, eamque in Romanam ditionem recipit, inde in Campaniam veniens Neapolim vi expugnat, nulli neque sexui neque religioni parcens, quæ res haud ei postea prospicere cessit. Interea in locum Theodati mortui electo Vitige rege Gotthorum, Belisarius Romanum petit, eamque vacuam, populo & pontifice vltro portas pendentibus & prodentibus sine labore, sine cæde & sanguine ingreditur porta Asinaria, quæ Cælimontana, cum iam Gothica multitudo noctu per portam Flaminiam egrederetur, & Rauennam fuga peteret. Belisarius claves ciuitatis imperatori mittit anno imperij eius x. & postquam à Gotthis occupata fuerat lxi. mense Decembri. Sed totum sequentem annum à Vitige obsidetur idem dux, ubi duo extrema mala passus est vim hostilem, & inuisum famem, ac mox tertium & necessariò consequens, pestem, nepe post λιμὸν, λοιμὸν. Verum desperatam tandem obsidionē Gotthi soluentes, re infecta abeunt: quos sequente anno persequens Belisarius, prælio commisso deuicit, & in eo captum eorum regem Vitigem Constantinopolim rediens, publicè, ceu vile mancipium exponit: ac inde iterum in Africam contra Vintharith mittitur, quo victo Romanum rectâ reddit, & auream crucem 100. libraru[m] sancto Petro per manus Vigilij papæ obtulit. Insequitum est posthæc bellum Gothicum secundum aduersus Totilam qui & urbem Romam post diutinam usque ad natorum carnes redactam famem accepit, ac sine controuersia aliquandiu habuit, sed opera potissimum Narsetis Eunuchi, qui Longobardorum ad id auxilia adscuerat, è Pannoniis non minore felicitate gestum & confectum est, quam superiora Belisorij. Nam Totilam interfecit, & vestimenta eius regia cum corona aurea gemitis ornata ad pedes Iustiniani iussit offerri præsente Senatu: aliud quoque contra Teiam regem gesit, ac tandem quintum Romanum recepit. Illius victoriae epinicia, seu nuntiationes, Constantinopolim venere anno imperij Iustiniani xxiiii. mense Augusto, vt narrat Cedrenus. De hoc verò Narsete superest Romæ vetus inscriptione rerum ab ipso gestarum testis: Imperante DN. Piusimo, ac triumphatore semper Augusto Iustiniano. Ann. xxxvij. Narses glorioſus ex præposito sacri palati exconsul atque Patritius, Post victoriam Parthicam ipsiis eorum regibus celeritate mirabilis, confictu publico superatus atque prostratis, libertate urbis Romæ ac totius Italæ restitura, pontem via Salaria usque ad aquam, à nefandissimo Totila tyranno destructum, purgato fluminis alveo, in meliorem statum quam quondam fuerat, renonauit. Sunt autem qui putant pro Parthicam legendum esse, Gotthicā, & reges Gotthos intelligi. Vitigem, Totilam & Teiam. Ita igitur tria maxima bella, Periculum, Africanum, Italicum ope duorum ducum Belisarij & Narsetis felicissimè confecit Imperator noster, eaque laus ipsius propria est: quamquam enim nulli ipse bello interfuit unquam, tamen consilio & prouidentia in his maxima perhibetur usus. Quis autem felicior fuerit Belisarius an Narses haud dictu facile est: vt que sane suo principi fidelis fuit adeò vt Gotthos regium diadema sibi offerentes saepe procul auerterit Belisarius, & iusserendum principi præstiterit, nunquam se illo viuo altiore, quam ducis dignitatem admissurum. Iustinianus verò quanti illū faceret, demonstrauit eo numismate, ex cuius altera parte nomen suum, ex altera istud: Belisarius Romanorum gloria. De Narsete verò ferunt tantæ eum religionis & pietatis fuisse cultorem, vt omnia sua ad Dei numen referret, & ita Dei genitricem veneraretur ut il-

Vita Iustiniani.

Suidas in Iustiniano.
la illi semper in ipsis committendi prælij articulis manifeste apparet, nec prius prælium committeret, quām illa annuisset. Sed ipsi cum Belisario haud per omnia in bello Gothico ad Mediolanum conuenisse narrant, vt afolet inter æquales & insignes belli duces rara esse concordia, tacita verò & frequens æmulatio. Itaque ambo bus vni bello incumbentibus alterutrum reuocare cogebatur Imperator. Gessit is & alia bella aduersus diuersas gentes, vt Tzanos, Alanos, Illyrios, Hunnos, Bulgaros, sed præcipua indicata sunt.

LEGES ET CONSTITUTIONES AB eo retractata, aut nouæ editæ.

Post assertum armis imperium, omnem curam conuertit ad pacis tempus rectis legibus gubernandum. Priorem Codicem secundo imperij anno inchoat, tertio perficit. Quarto Digesta ex omni veteri iure enucleato colligere & digerere incipit, septimo tandem imperij anno compleat, & eodem fere tempore geminum Legum volumen edit Digesta & Institutiones, primam iuris Isagogam continentem breui & simplici via, & generatim iura enarrantes, ac tandem octavo imperij anno priorem suum Codicem ex tribus veteribus confectum retractat, & numero factarum à se interea temporis 50. decisionum & aliarum constitutionum auctum promulgat sub nomine Repetitæ prælectionis, seu secundæ editionis. Hæc omnia cuius cognoscere promptum est ex constitutionibus singulis iuris voluminibus præpositis. Tandem vero his tribus voluminibus editis, id est, Institutionibus, Digestis, & retractato Codice, ne sic finem aut modum legibus imposuit: sed sequentibus subinde annis varias edidit Nouellas, & edicta, & formas, quæ tandem in vnum volumen collectæ Codici fere se æquarunt: nec defuerunt, qui (quod Tribonianus ab avaritia male audit, & leges pretio fixisse & refixisse in suspicionem venit) crederent Nouellarum numerum hanc potissimum ob causam excreuisse, sed hi paulò iniquiores sunt, in Iustinianum quoque ipsum censores. Nec ferendi, in modo scuticis, aut omnibus laqueis coercendi, qui cum se Iurisconsultos profiteantur, blasphemias in legislatorem & eius consiliarios consistorianos, & qui illi in legitimo opere perficiendo ministrarūt & militarūt, exerūt: homines importuni, nihil præter fœdā oris colluuiem præ se ferentes, heri Grammatistæ & puerorum castigatores, & si diis placet orationum Ciceronis interpretes, hodie Iurisconsulti, heri togati, hodie riscæ & sagati, & catapultati, heri in dilucidis interuallis, hodie planè furentes, qui hæc omnia in optimum principem & eius ministros Tribonianum Dorotheum, Theophilum Thalelæum, & cæteros conuicia sceleratè euomunt, & sceleratiore consilio commisuntur, vt inducto legum sanctissimarum primum contemptu, deinde odio, suas soli Hermagoreas constitutiones vendit, & Gallias cæterasque prouincias quibus se excidisse dolent, ad Montanensem vicinorum anarchiam & anomiam redigant, quibus stolidi quidam nihil pretiosi præter sericum gestantes, tacite subscribunt: melius nobiscum actum iri dictantes, si quorūdam Heluetiorum more, leges omnes abiiceremus, & in singulis ciuitatis vno magistratu seu iudice vteremur, qui ex media plebe addictus, controuersias omnes ciuium & peregrinorum, vno die, seu bene seu male terminaret, rescissis omnibus dilationibus nemini concessu procuratore aut patrono, nullo adhibito adesse, nulla legum Romanarum prudentia, quas litium vocant fomites, sed solo communis & proprio sensu adhibito. O insensati & avōn̄toi Galatæ, libet cum diuino Apostolo exclamare. Quis vos fascinavit? Sed hæc isti apud suos Alpinos aut Heluetios aut admiratores declamitent: nobis nequicquam hæc insuffruntur. Frustra tenditur rete ante oculos auium præpetum & pennatarū. Atqui (inquit) quām insignis audacia fuit Tribonianus, qui quod Cicero, quod Iulius Cæsar, quod Pompeius (Isidoro teste, bono quidem certe, vt ipsis ilia rumpatur) quod multi retro principes Constantin & Theodosius, & hi quorum tempore Gregorianus Hermogenianusque codices editi sunt, ad effectum ducere ausi non sunt, imperitia potius quæ audaciam parit, quām doctrina, quæ diffidentiam aggressus est? quod illis ætate illa ingeniorum feracissima, in tanta legum paucitate & elegantiæ arduum videbatur, huic seculo iam labente, & infelice, in tanta librorum multitudine, facile visum est per insuetum iter & mediū profundum ire? Quid aliud, inquit, ex illa legum Digestione consecutum est quām vt duodecim tabulae, aliæque leges innumerabiles & edicta prætorum tot præclaris Iurisconsultorum commentariis enucleata, cum infinitis Iurisprudentium responsis intercederint, ac penitus interierint, nullo quippe illis ysu relicto, omnique illis detracta iuris auctoritate? Quis eos postea libros descripsisset, ad nudam vetustatis & historiæ memoriam? At non tanti quis emat antiquas (vt ipse Iustinianus appellat) fabulas. Hæc ferè sunt istorum hominum querelæ, qui se quorundam doctorū hominum, qui nostra ætate in pretio fuerunt exemplo, auctoritatē-

que tegunt. Budæi, Politiani, Erasmi, Alciati, Baronis, Duarenii, Egidij quoque Perrini, & aliorum, quos fatemur in hac te parum cautos & oculatos fuisse, & facile se inclinasse in Budæi sententiā, ob summam hominis auctoritatem: qui tamen non satis iurisprudentia instructus, & ad solam linguam Græcam in Galliis illustrandam natus, tam præcepis iudicium, immusicus de musicis, facere non debuit. Multa enim præclara ingenia scio his querelis permota, aut ad theologiae, aut medicinæ, aut philosophiae inertis & languentis studia, à studij iuris limine esse auera: quæ tamē sola est vera, & inaffectata philosophia. Verū aduersus hæc audiāsti queruli barbatuli, ne digni quidem qui Græculi (eodem quo Tribonianum contemnūt, nomine) laudentur, audiant (inquam) non mea, sed Tertulliani verba, ex castigatore libro eruta:

NONNE (inquit) & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatae, tantum auctori suo doloris incusserunt, vt in secessu inedia de semetipso indicari? Nonne & vos quotidie, experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & squalentem syluam legum, nouis principalium rescriptorum & editorum securibus, trucatis & cæditis? (Senatum enim alloquitur.) Nonne vanissimas Papias leges, quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iulia matrimonium contrahi, post tantæ auctoritatis senectutem, heri Seuerus Constantissimus principum exclusit? Sed & iudicatos in partes secari à creditoribus, leges erant: consensu tamē publico crudelitas postea eraſa est, in pudoris notam capitum pœna conuersa est, bonorum adhibita proscriptio. Suffundere maluit thominis sanguinem, quām effundere. Quot adhuc vos & Scilicet cōsensus publicus, repurgandæ leges latent? quas, neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, sed æquitas sola? Et ideo cū iniquæ recognoscuntur, meritò damnantur, (licet damnent) cū modò iniquas dicimus: in modo, si nomen puniunt: etiam stultas. Nō adeò igitur mirandum est, si nouis experimentis illustrata Iustiniani ætas, totam illam squalentem & densissimam & inuiam veteris iuris syluam infinitis responsis, legibus & constitutionibus inutilibus velut infelicibus & putridis arboribus resecatis, patefecit & omnibus fecit peruiam, & si in locum demortuarum aut aridarum nouellas leges quasi nouellas plantationes, nouaque vitulamina substituit. Sed amabo te, bone vir, quid garris de duodecim tabulis, legibus innumerabilibus, edictis & iurisconsultorum cōmentariis? Anne tum putas in omnium manibus fuisse? Falleris (vt video) vehementer, & tametsi cum Budæo forte, aut aliis, falleris. Perierant hæc iam leges & hi libri, in Galliis & Hispaniis ab incursionibus Frâcorum & Gotthorum, qui iam tum suas fundare cœperant, & pro Theodosianis, iam recitabantur in iudiciis Theodoricianæ, iam (inquam) Leonis & Anthemij tempore, quo vixit Sidonius harum rerum idoneus & oculatus testis: quæ restabant in Galliis iuris Romani reliquæ? Codex nempe Alaricianus (quæ breuiarium Alarici studiosi nunc vocant) in quo pauca & infelicitè truncata membra extant trium Codicum, Gregoriani, Hermogeniani, Theodosij, cum aliquot Pauli sententiis, & nimium angusta Institutionum Caij & semibarbara recitatione, tum aliquot Vlpiani fragmentis & Papiani responsis, quibus lex Salica Frâcorum, mox lex Ripuariorum & Alemannorum, atque Clotarij & Chilperici aliquot edicta subiiciebantur: cuiusmodi libri manuscripti nunc passim habentur. In duabus sumnum aut tribus bibliothecis latebat integer Theodosianus Codex. In seniore vero Romana vrbe quid supererat, non à Genserico vastatum aut incensum, aut Karthaginem, ubi sedem imperij Hannibalis inceptis inhærens transferre cogitabat transportatum? Pauci scilicet libri extabant qui in scholis ab antecessoribus legebantur, quos recitat Iustinianus in procœmio Digestorum. Imo nec tum Vlpiani ad edictum libri, aut Pauli, aut Gaij per se aut separatim inueniebantur, sed inter se ad eum fere modum quo in Digestis leguntur, interpolati quod & ex titulo finium regundorum, qui in libro de limitibus agrorum extat coniicio: quem non ex Digestis Iustinianii sumptum esse probabile est (cum idem titulus ex Codice Theodosiano nō ex Iustiniano illic recitat) sed ex farragine eiusmodi librorum qui tú in scholis habebantur. Quid vero improbe sumnum Tribonianii iudicium & ingenium omni scientia iuris exundans, laceras? quid ex audacia imperitiā arguis? Confer illa fragmenta veterum iurisconsultorum quæ superioribus annis edidit doctissimus Pytheus cui hoc nomine maximas debemus gratias, & deprehendes cum summa religione & subtilitate, auctoriibus suam orationem & dicendi stilum conseruasse, & superflua dunxerat, aut alio loco dicta, aut abrogata truncasse aut mutasse, atq; ad æquitatem quæ suo tempore obtinebat, omnia summa ingenij dexteritate accommodasse. Tibi profecto pollices citius abscondentur, quām vt tota ætate tua simile quid posses præstare. Neque vero ad Tribonianii laudem vel longis spatiis accedit Anianus siue quis alias breuiarij Alariciani collector: qui cum Triboniano cōparatus, nullius prope iudicij, summa vero negligētia, scio,

Vita Iustiniani.

scio, damnabitur. Evidem postquam eiusmodi, atque alia quædam fragmenta vetustatis cum Iustiniano iuris corpore conferre cœpi, ardentiore quam antehac studio corpus illud, amare, colere, exosculari, institui, velut infinitæ æstimationis thesaurum, non iuri modo, sed religionis, sed historiae, sed antiquæ disciplinæ, totiusque moris maiorum, & super hæc, velut locupletissimam Latinæ sermonis penum & supellestilem: tandemque reperiisse me gauisus sum quod Budæo & cæteris opponerem, querentibus immensam legum multitudinem velut ab inclementibus mediis ad viuum resecatam, & accisas nobis Pandectas verius quam compendiosas fuisse datas, & in his componendis dormitas magis auctorem, quam sub compendio digessisse. Id ergo Budæo & aliis oppono quod ipsem Imperator, verissime prædicat in l. Tanta. §. mirabile. C. de vet. iur. enucleado. Tribonianum tantam librorum copiam, nulli nec labori nec sumptui parcentem præbuisse, in quibus etiam permulti essent ipsis eruditissimis hominibus iam à ducentis annis incogniti, ut meritò antiqua multitudo egena videri possit præ opulentia Iustinianæ brenitatis. Ac ne quis Iustinianu mentiri dicat (nulla enim isti reuerentiæ nec præteritis nec præsentibus principibus deferunt) legat constitutionem Theodosij in Cod. Theodosiano, De responsis prudenti, ac ex ea agnoscat quinam tum libri veterum prudentum in iudiciis & hominum manibus haberentur. Papiniani (inquit) Pauli, Caij Vlpiani atque Modestini scripta vniuersa firmamus. Et post pauca. Eorum quoque scientiam quorum tractatus atq; sententias prædicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atque Marcelli omniumque quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, codicim collatione firmentur. Viden paruam antiquitatis illo tempore opulentiam: nedum Iustiniani temporibus, quibus iam imperio Galliæ & Hispaniæ ipsæ, ac ipsa Roma, hoc est imperio iam imperium perierat. Attamen quinque duntaxat iuris auctorum integra volumina extitisse significat Theodosius, cætera aut perisse: aut in latenti, ac thesauris incognitis latuisse, & nisi quod eorum sententiae præcipuorum quinque præfatorum libris essent immixtae. Atqui præter hos Tribonianus ex tenebris & thesauris eruit, Iuliani, Scæuolæ, Alfeni, Proculi, Labeonis, Neratij, Iauolani, Celsi, Pompeij, Valentis, Mæciani, Mauriciani, Clementis, Africani, Marcelli, Florentini, Venuleij, Tertylliani, Trifonini, Calistrati, Marciani, Hermogenis, & aliorum integrum scripturæ, & eam pene totam in Digesta transfudit. Non infitas imus è re posteritatis fuisse, iuris abrogati codices & ipsas duodecim tabulas, & totum prætoris edictum, integrisque & continuos ad id commentarios saluos & superstites, etiam post Digestorum editionem extitisse: & hanc veterem in limo ranæ cecinere querelam. At nulla Iustiniani culpa perierunt, sed temporum, seu, vt verius loquar, hominum avaritia ac inertia, qui posterioribus vixeré temporib. Nam pridem exsibilatum est hominum horum mendacium, qui iussu imperatoris nostri crematos esse hos omnes veteres libros tradiderunt. Quæ (stulte) amentia est, in piissimum principem conferre, quod iusto Dei iudicio adscribendum est: vt propter posteritatis ingratitudinem barbaros immiserit, qui nobis totius virtutis & civilis philosophiaæ vetera monimenta eriperent, & è rerum natura delerent, vt quondam priores tabulas coram ingratis populis confregit Moses? Quid enim nobis vobiscum est, libri venerabiles, sacri codices, bona leges, optimi canones? si loquimur Christiani, viuimus Turci? si periurio & facrilegio ambimus magistratus, ad secessuras, iudicarias sellas, episcopales cathedras, dignitates ciuiles, ecclesiasticas? Quid verò nobis & vobis si cùm vestris similes nec sanctitate nec auctoritate inferiores habemus, hos nec legimus nec habemus, aut si forte coemimus, id dicas & ostentationis causa facimus, & clausos & deauratos in scripi & vinculis detinemus, neque legentes ipsi (quia aliud agimus, aliud simulamus) nec potentibus vtendos dantes, ne nouitatis & elegantiæ nitorum amittant, aut fidem commodato potentium sequi metuentes, ne quid vernalitatem subitanam cùm volemus vendere, remoretur? Quid si maior pars eorum qui populo moribus, vita, religione, sanctitate, doctrina præfunt, instructissima habent stabula, plena equis Hispánicis, Turcicis, Illyricis, Neapolitanis, culinâ omni ferculorum genere refertam, auri, argentei copiam & abundantiam, vsq; ad ædificiorum insaniam luxuriantem: bibliothecam verò aut nullam, aut ita angusto loco, & ignobilibus libris refertam, & impressis & imperfectis libris squalentem, vt ne decem quidem aureis communiter distrahi posfit. Hæc sanè avaritia, vulgatam nobis editionem sacræ bibliothecæ (sic enim veteres locuti sunt) intercepit, id est Latinam septuaginta interpretum quæ usque ad Hieronymianam auctoritatem meruerat, & postea ne ab ipso quidem abrogata est. Non enim (inquit) sic noua cedimus, vt vetera destruamus: sic hexapla & octapla Origenis, & Pamphili ecclesiis perire finit. Eadem avaritia hactenus

D. Chrysostomi, Cyrilli, Origenis, & conciliorum Græcorum, atque auctorum editionem remoratur. Iam, quid de beneficiorum vernalitate dicam? Nulla non pagina Quintinus noster inuehit in profanos & aulicos pseudoepiscopos omnibus suis de iure canonico committariis, nundinationes beneficiorum, & coemptiones detestatur, nec ea de re Rebuffus, homo licet meticulosissimus, silere potuit, non Budæus, non vtriusque iuris auctores non ignobiles, certatim omnes à Simoniacis opprimi ecclesiam luget, quotidie declamat in Simonianos publici concionatores, id est eos qui prece, ambitu, pretio, malis artibus, sacerdotia emunt. Non enim solus numimus Simoniacum facit, Augustino sanctissimo teste. Sed dum in Simonianos manifestè agunt, tacitè videntur conniuere in Iudaitas, odio dignos maiore. Nam vt posterius emere Dei & Spiritus sancti gratiam pretio natus est Simon ille Magnus, ita prius hæreticorum omnium princeps Iudas ille vir Scariensis eandem gratiam, & gratiæ substantiam se vendere posse sperauit, & multis post se exemplum reliquit totius abominationis complementum. Emit aliquis episcopatum, sacerdotium, curam, abbatiam, prioratum. Malum factum. Sed cedo à quo? obmutescis, non vis ponere os in cælum, vt dicitur. Nonne qui vendidit & tradidit ille maius peccatum habet? Vix enim accidere potest, immo ne accidere quidem puto, vt maiores sacerdotes & archiepiscopi suas dignitates emant. Cur ergo quod gratis accepisti, gratis non das? Sed de his breuis est, sed formidanda sancti Basilius sententia in Nomocanone, ad episcopos qui ei suberant. Nolite (inquit) imitari Iudam, prodentes, accepto pretio, eum qui semel crucifixus est pro nobis. Negligitis? Ecce & prædia ipsa vestra, vestræque manus, quæ tales accipiunt fructus, appellabuntur voce illa diuinitus prodita A K E L D A M A, quod est ex Chaldaeo Latinè interpretatum A G E R S A N G V I N I S, seu pretium sanguinis, vt in Actibus Apostolorum habetur. Sed priusquam hunc locum concludamus (quem surdis profecto canimus) quid de sui iam seculi moribus scriperit Theodosius Balsamon, deque Græca tum ecclesiæ (quam Deus meritò affixit) corruptela, confessus sit, audiamus. Is Nomocanoni tit. i. c. 24. De his qui gratis ordinantur, hæc scribit ad verbum. Quod Laici puniantur, qui datis pecuniis, sacerorum & venerabilium locorum administrationes suscipiunt ex præsenti Nouella [Iustiniani 123.] I constat. Sed quisnam nunc laicus citra dationem, aut procurationem sacri loci, aut ministerium ecclesiasticum suscipiat, aut clericus fiat, aut in cellam monasticam admittatur, ignoro. Ac propterea flexis genibus Deum oro, vt nos ab istiusmodi minis liberare velit, clamans: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Sed ad Iustiniani gesta redeamus.

EDITIONES VARIÆ, ITEM QVE coniurationes aduersus Iustinianum.

DE bellis aduersus Barbaros gestis supradictum est, quæ feliciter confecit, nec minus sanè iuste. Prodest (inquit) Theodosius, gentes barbaras nostri nominis imperio mancipari. & Aristoteles. i. Politicorum ait veteres poetas dicere, βαρβαροι δι ελλωνων. æquum esse regi Barbaros à Græcis, & seruire Græcis, quasi idem sit natura Barbarum, quod & seruum, & rectè Dei spiritu instruta mater nostra. Ecclesia sic precatur in sancta magna Parasceue. Oremus & pro Christianissimo Imperatore nostro, vt Deus & Dominus noster subditas illi faciat omnes Barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem: & postea respice ad Romanum benignus imperium, vt gentes quæ in sua feritate confidunt, potentia tuæ dextera comprimantur. Sed motus & seditiones ciuiles, & intestinas (vt solent esse periculosiores) ita & maiore cum sceptri sui periculo & vita, capitisque discrimine, Deo tamen iusto tandem imperio fauente, compescuit. Cæterum sicut seipsum secum & intus rebellantem vincere summa, & longe omnium victoriarum est optima, vt ait Plato. i. νόμοι, ita & bellum seditionemque domi & in regia vrbe excitatam sedasse, fidorum auxilio ducum, maxima æstimanda est gloria: atque vt ἀφεντωρ ἀθέμισος, ἀνέστος Homero dicitur, id est vt singula singulis reddam, Exgens, Exlex, Exlar, seu soliuagus est, qui ciuili sanguine delectatur, ita ex diuerso velut optimus ille dux à Theognide laudatur, qui in bello ciuili, fidelis & sanus & moderatus est:

πισός ἀνὴρ χρηστὸς τε οὐδὲ ἀγγείου ἀντερύσσοσθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῷ κύρῳ μιχοσασθι.

Ex multis seditionibus quæ in ipsius tempora inciderunt, principem locum obtinuit & tempore & facinoris nouitate atque auctoritate, ea quæ nixia nomina est à synthematæ seu verbo, quo se in strage facienda internoscerent partes. Belli Persici tempore quinto imperij Iustiniani anno, Hypatius & Pompeius sororis Anastasi filij à populo leuissimo ad imperium expediti, necnon & Probus, & alij Kalendis Ianuariis adscitis secum multis è nobilitate coniuratis.

lib. i. Poli

tie. C. i.

Plato. i.
νόμοι

Vita Iustiniani.

coniuratis Iustinianum dolo adoriri tentant, pérque dies interī quinos vrbem ipsam regiam, ferro & igne miscent, nec ecclesiasticos viros qui cum sacrī vestibus, & crucibus, & euangeliis qui in mediū procedebāt, metu numinis eos sedaturi, veriti sunt, sed sine discriminē fandi atque nefandi promiscuē ceciderunt, & plebem ex fenestrī lapides iactātem, vñā cum domibus, igne subiecto suffocarunt: & cum Herulis à Iustiniano immisis acerimē pugnarunt. Sed dum quinta die Hypatus in palatium ipsius inuadendi causa ascendit, & in Hippodromo thronum imperialem consendit, ex quo Imperator ludos spectare solebat, non multo post spatio ante fores captus, & post ipsum quoque Pompeius, postera die vterque à militibus cæsus, & in mare proiectus est, sociis coniurationis mox proscriptis, & triginta millibus ex plebe trucidatis. Sunt qui & quadraginta millia exprimant, alij vt Cedrenus triginta quinque: atque omnis hæc seditio ducta, fide & opera Belisarij & Mūdi addit Cedrenus & Narses ducum & militum quos ille ex Persico, hic ex Illyrico bello reduxerat: vt meritò in eos superius illud Theognis distichon cani possit. Rei totius originem altius repetit Procopius. Plebes vrbanae (Διάμοι) iam tum in singulis ciuitatibus diuisæ erāt in factiones duas, Praesinos & Venetos, fullonica colorum nomina, quasi hodie dicas virides & Phœniceos quos vulgus Gallicum Blauos vocat: communis tum hic erat animarum morbus haud secus, ac in Italia Gibellinæ ac Guelfæ partis, quo die seditio exarsit, ludi & spectacula erant. Quidam forte (vt fere fit) ex alterutra parte tumultabantur: quos cùm magistratus sedare vellet, & nec obedientes ad supplicium traheret, reliqui vel eiusdem vel diuersæ factioris asseclæ (mirè enim tum consentiebant partes ad turbandam quietem publicam) extrahebāt, & vi è manibus lictorum, & ex carcere eos qui ducebantur abducebant, apparitores & officia interficiebant, vrbem incendebant, tantumque fuit incendium, vt sanctæ Sophiae templum & chartophylacium, vñā cum publicis aliis ædificiis sanctus Irenes, xenonibus Sampsonis & Eubuli cum infirmis, item porticu Xeuspippi cù suis statuis, in quibus erat & Homer, & cum aliis leonibus æreis & marmoreis penitus igne absumeretur. Tandem postquam de coloribus certari desitum est, tum aduersus rem publ. palam conuersa partes, Ioannem Cappadocem Praefectum prætorio indoctum hominem, nequam simul & auarum, necnon Tribonianum Pamphylum, virum quidem doctissimum, vt abundè supradiximus, sed leges venum exponentem ad cædem petere, omnique genere conuiciorum palam proscindere cœperunt. Eo metu Iustinianus territus, ambos magistratu abdicare iussit. Phoca in Ioannis, Baslide in Triboniani suffectis locū. Sed & Theodora maritum iam de victoria desperantem, & defuga cogitantem, forti & supra sexus imbecillitatē generosa oratione retinuit, non decere principem simulatque purpuram deposuerit, vel alterum diem viuere, & illud Isocratis dictum usurpatum, paut, P R A C L A R V M esse in sepulchri elogio imperatorem inscribi. Reuocato ita ad spem meliorem Iustiniano, seditio postea sedata est eo quo dictum est modo, sed non sine cruentissima miseratione plebium nece: quo exemplo moueri debet si qui sunt, omnibus æstatibus seditiosi, nō temere in principem aut eius processus tumultus & seditiones excitare, nisi & eundem tandem ve- lint exitum experiri.

Sed non semel ob has Praesinorum & Venetorum qui & Cyanei dicebantur, factiones seditio mota est, sed iterum anno imperij eius xxii. Cedreno teste, in qua & ædificia multa incensa sunt, & magnæ cædes factæ. & iterum anno xxii. quum rumor esset in vrbē Constantinopolitana, mortuum esse imperatorem (nam is ob dolorem capitidis clausus neminem videbat) plebes diripuerunt subito panes ex tabernis, & circa horam tertiam non inueniebatur panis in tota vrbē: clausaque erant ergasteria, & suffraban palatium, quia nemo ex Senatu videbat imperatorem, eò quod dolorem capitidis patet. Inde vulgo mortuus credebat. Interea circa horam nonam vespertinam fecit Senatus consilium, & miserunt Praefectum, qui iussu imperatoris ignes accendit per totam vrbem, vt essent indices sanati ē morbo imperatoris: quo inuenio sedatus est tumultus: & postea Eugenij ex parte domus publicata est iussu imperatoris. Is enim Eugenius per calumniam detulerat, nec probauerat Georgium & Etherium curatores conatos esse facere imperatorem Theodorum Petri magistri filium.

Anno rursus xxxv. cùm agon Hippicus fieret Praesini Venetos adgressi sunt, & multas ediderunt strages, quos postquam in ordinem subegit imperator, variis adfecit supplicis. Narrat enim ex Procopio Nicephorus lib. 17. cap. 21. Iustinianum quoque ipsum Venetæ factioni addictum fuisse, adeo ut illos palam delinquentes, & cædes tota vrbē edentes non modò non puniret, sed præmiis etiam munaretur, quæ res odium & diuturnitatem seditionum vehementissimè aluit & accedit: tametsi nō nunquam

& serò tandem in Praesinos quoque delinquentes animaduerteat. & Zonaras ait in prima seditione, quæ n i k a dicebatur, Iustinianum Veneram partem in suas partes multis largitionibus pellexisse. Sed tandem anno xxxvi. eiusdem imperij, multorum & potentium insidiæ in imperatore factæ sunt, cōsiliūque eius occidendi captum. Marcellus enim & Ablauius & Sergius fuere argyropotæ totius coniurationis duces. Sed Ablauius per Eusebiū exconsulem, & Ioannem Rationalem quibus ut amicis secretum indicarat, detectus & imperatori delatus comprehensus est Marcello sibi manus inferente, Sergio vero in templum Blachernarum asyli causa fugiente, qui inde educitus & Procopio vrbis Praefecto traditus de se confessus est. Insuper & Belisarium inter consciens nominavit, quo cognito, imperator ira in Belisarium exarsit: & die quinta mensis Decembris fecit silentium (erat vna ex duabus conuocandi Senatus speciebus, ut docet Julianus epitomator in Nouella sexagesima secunda De ordine Senatorum, & consultationibus. Altera enim species consultatione dicebatur, ut hodie apud Francos parlamentum: alteri scilicet speciei, id est, silentio, hoc est extraordinaria Senatus conuocationi oppositum.) In hoc silentium adducto Eutychio Patriarcha, iussit imperator recitari confessiones eorum qui Belisarium inter coniuratos nominaverant: quo silentio peracto, omni satellitio spoliatus Belisarius domi se continere ab imperatore iussus est, addita ei custodia, sed aliquot post mensibus, omni custodia remota dimissus est, omni pristina dignitate recepta. Sunt qui scribant, inter quos est Zonaras, eum inclusum domi mortuum, & mortui bona in fiscum fuisse redacta. Secundo eiusdem imperij anno Samaritani & Iudei in Palæstina imperatorem sibi Julianum quendam creantes, armis in Christianos commotis, rebellarunt: quos deuictos Iustinianus in ordinem redigit decollato Julianus: quæ occasio fuit seueras in Samaritas & Iudeos leges ferendi. Iterum anno eiusdem vigesimonono, Samaritæ & Iudei in Cæsarea Palestinae sub specie Praesinæ & Venetæ factioris multos Christianos interfecerunt, & eorum bona diripuerunt, & Stephanum ipsius ciuitatis praefectum in prætorio peremerunt: eos imperator per Adamantium magistrum militum, partim suspendit, partim decollauit, alios vero debilitauit & publicauit.

K T I S M A T A, hoc est, AE D I F I C I A & constructiones Iustiniani.

Tanta est Iustiniani in templis, ciuitatibus, locis venerabilibus, publicis, priuatisque, portibus, balnetis, pontibus ædificatis laus, ut hic titulus septem meruerit apud Procopium tractatus. ac primum locum tribuit, templo S. Sophiæ. Hoc enim diuinæ excellentiæ aptissimum nomen ei imposuerant Byzantij: quod in perditissima quidem seditione n i k a penitus conflagrasse, & in cineres & carbones redactum fuisse ante prædiximus. Si quis tamē persuadere potuisset, aut exemplar oculis hominum proponere eius qua à Iustiniano instauratum est pulchritudinis, optatissimæ sane homines prius illud interire ut denuo lōge pulchrius instauraretur. Vtinam vero, aut Itali, aut Germani, aut Galli, qui eam vrbem quotidie adeunt vanæ curiositatis studio, & fœminarum atque virorum, & aliarum rerum minutarum vestibus schemata, effigies ad viuum effictas, in Occidentem adferunt, aliquam vel rudem illius templi delineationem nobis typis excudendam curarent. Non ita laboraremus in Procopij, Euagrij, Nicephori, & recentiorum descriptione cognoscenda, non secus ac in descriptione Salomonici templi ex sacris libris restituenda: sed hoc vnu est nostri seculi vanitatis insigne documentum. Dum ea quæ ad gulam, cutem, penem, luxum quotidianum incitant, in peregrinis regionibus spectemus, nihil amplius ex his desideramus, publica ornamenta, templa, ædificia, portus, magnificantiaeque veteris vestigia, omnia nihil æstimamus, ac ea multoties intuiti, sed oscitantes & aliud agentes, nostris popularibus in patriam reuersi, memorare nequimus. Illius templi architecti laudatur Anthemius Trallianus, & Isidorus Milesius. Horum ingenio & cura anno imperij septimo ex fundamentis tam egregium opus instaurauit. Orbiculari aut ovali forma esse creditur, tantæque altitudinis ut non in terra fundatum, sed è cælo catenâ aurea suspensum credatur. Hodie à Turcis profanatum dicitur, erasis & sublatis iconibus sacris, & sola scriptura Arabica Alilala orientali interiorique parti inscripta. Audio ab his qui varias orbis partes peregrinando lustrarunt, secundarium architecturæ opus, post illud stupendum, esse Biturigum S. Stephani templum, si cœconomiam structuræ & magnificantiam spectes potius quam lapidum molem. Videat Zonaras, qui ἀναλόγως imperatorem vocat (quamquam de alio loqui videtur) qui fieri possit, ut summis architectis de stabilitate & duratione ædificij desperantibus Iustinianus architecturæ peritissimus rationem aperuerit & excogitarit, qua opus & structura de-

inceptis

In oratione
epiphys.

Diaconus
& Cedrenus.

Oris.

Vita Iustiniani.

incepit firma stabilisque consisteret: sedque semel atque iterum. Restaurauit & idem imperator, vel ut Zonaras à Nicephoro dissentiens ait, Theodora eius coniux, templum sanctorum Apostolorum elegantia & sumptu post illud eximium, secundum, in quo imperatores (& ipse postea Iustinianus) & patriarcha sepe liebantur. Alia vero tēpla & loca tā in regia vrbe & eius suburbis quām toto denique orbe vel instaurata, vel reparata, vrbes ex integrō ædificatas, vel meliores factas, pontes, & cetera qui scire vollet, apud Procopium legat prolixè omnia exequentem.

Zonaras ha- Inchoata fuit Magni templi Ayias στοφας instauratio, post co- bet indistio sulatum Lampadij & Oretis, anno secundo, indictione decima ne 15, sed nō cohæret reli mensis Februarij, die xxii. anno mundi 6040. hora prima diei, quo calcu- absoluta autem & dedicata, anno xii. imperij, id est post consulatum Basilij vc. anno secundo exēte litanja (vulgus processionem vocat) à sancta Anastasia cum Patriarcha, imperatore & populo. In hanc ædificationem & alias cū multis egeret pecuniis imperator, professoribus artium liberalium stipendia olim in singulis

Forte Ioā- vrbibus constituta, de consilio Praefecti sustulit: atque ita omnes nis PP. quē vrbes scholis vacantibus, rusticitas & barbaries inuasit: quod pos- ifamat Pro- tremis seculis multo magis queri possemus. Cæterū in prag- copi⁹ omni- matica sanctione, quam post receptam à T otiane Romam veterem edidit Iustinianus, annonas quæ grammaticis ac oratoribus, ac etiam medicis vel iurisperitis dari solitum erat, & in posterum suam professionem scilicet exercentibus erogari præcipit, quatenus iuuenes liberalibus studiis erudit, per nostram rem publicam florent, inquit.

QVÆ MĀLĀ, PESTES, FĀMES, terrāmotus in hac inciderint tempora.

Diuina prouidentia, qua regitur mundus & homo, vt bona, ita & iusta est, ac proinde sicut homo fragilitate naturæ & libertate licentiæ infirmus & contumax est, ita & piè benigné que à Deo gubernatur egenus opis, & iustè immodicus libertatis, corripitur. Atque hæc est causa eius experientiæ quæ per omnes omnium auctorū libros decurrit, quāmque omnes & publicè & priuatim singuli nostris temporibus, & in nostris rebus & corporibus videmus, vt scilicet iusto prouidentiæ libramento, mundus hic iam ab initio suæ creaturæ per bona malāq; alternantia exerceatur: vt D. Augustinus, sanctusque Orosius propriis hac de re tractatibus demonstrarūt. Diuinus quoque Celestinus in illa verè paterna, & viscerum Christianorum plena ad Nestorium epistola quæ in libro concilij Ephesini primas tenet, cū meminisset Attico patriarchæ Constantinopolitano digno fidei magistro, & D. Ioannis ad ista successori, successorem datum, timēs huius quā attingimus prouidentiæ alternas vices, ita loquitur. Mansit nos (inquit) post eius mortem (Atticum intelligit) solicitude vel maxima, cum successor eius, vtrum etiā in eius fide succederet, quæ reremus: quia difficile est continuari quæ bona sunt. Nam sibi sæpe alternis vicibus mala succedunt. Hæc Celestinus verissimè. Nā Attico & mox Sisinnio Catholicis, successit Nestorius hæresiarcha, & nouus Iudas: sic enim salutatur à concilio. Sic & Anastasio pessimo & cacodoxo principi, quīque ob id fulmine iactus perisse dicitur, successit Pius Iustinus, Iustino Iustinianus piissimus princeps nisi eius nouissima momordisset coluber, id est hærefoes θεριποθάρη venenum, vt supra explicauimus. Sic licet externis victoriis felix factus videatur, tamen aliis cladibus, & publicis calamitatibus, & intestinis discordiis inter felicitatem, infelicitatemque variè iactatus dici potest. Quæ singula prout acciderunt secundum annorum ordinem per capita colligam.

Anno secundo imperij Iustiniani die penult. Nouembris, hora diei tertia (tursus scilicet post duos annos prioris, & fere similis passionis) Antiochia ad Orontem, diuitiis & magnitudine, & hominum frequentia inter Orientis ciuitates Romanis parentes facile princeps, teste Procopio, (& in qua primū Christianorum nomen credētibus in Christum impositum fuit, vt sacra Actuum Apostolorum historia testatur) maximum terrāmotum, & tempestatem grauissimam passa est à vi maiore quam Græci theomeniam vocant, vt Cedrenus scribit & confirmat. I. si merces. §. vis maior. D. locati: vbi Græca metaphrasis θεσμωία, non vt Florētiae editum est, θεσμῶν appellat: hancque lectionem Florentina meliorem esse, non improbabiliter quidam existimant. Fuit autem hæc vis maior seu theomenia, ingens terrāmotus cum tonitru & cæli mugitu horrendo. Hac concussione corrūtē cuncta ædificia cum mœnibus & iis ædificiis quæ post priorem terrāmotum steterant salua, aut imperiali aut priuatorum liberalitate erat instaurata, obruta etiam sunt his casibus & ruinis quatuor hominum millia cum octingentis septuaginta, qui remanserant, in vrbes proximas partim configerunt, partim discalciati litanias fecerunt, clamantes, Κύριε ἐλέησον. Tunc Dei cultori homini in visu

apparuit, vt diceret omnibus residuis, quod superscriberent superluminaribus suis, Christus nobiscum: state. Quo facto stetit ira Dei, & rursus imperator & Augusta multas pecunias donauerunt in recuperationem & ædificationem Antiochēs ciuitatis quā cognominauerunt Theopolim. i. Dei ciuitatem: vel propter præfatam superscriptionem, vel propter Theomeniam. Hanc illi vrbi cladem ob ciuium malos mores diuinitus immisam quis nō creditat, vel scribente Procopio, nihil aliud illi populo quām festa, delitias, spectacula & theatra esse curat. Sub belli quoque Persici initii durissimum excidium à Cosroë Persarum rege passa hæc ciuitas postea fuit, anno imperij Iustiniani xii. teste Diacono.

Anno quarto Cometa dictus Lampadias quod in sublime radios suos reiiceret, apparuit per continuos xx. dies, portendebat Ex Cedre- scilicet & sequentis anni Persicam cladem Belifarij in vigilia magni Paschatis, & seditionem Constantinopolitanam, NIKĀ cognominatam. Procopius, 2. Persicorum narrat anno xiii. apparuisse cometam, qui Pogonias seu Xiphias dictus est.

Anno viii. Pascha est à diuina indignatione, Pópeiopolis My- scissa est terra à terrāmotu, & obrutum medium ciuitatis cū habitatoribus, & erant subitus terram & voces eorum audiebantur clamantium vt sibi misericordia præstaretur. Et multa donauit imperator ad educendos & adiuuandos, viuentésque liberaliter iuuit.

Anno xv. mense Octobri, facta est mortalitas Byzantij.

Anno xvii. die Septembri, magnus fuit per totum orbem ter- rāmotus, & corruit dimidium Cyzici.

Anno xvi. Andreas quidam faber canem habebat rufum & cæcum Pythonico (vt credunt) spiritu afflatum. Nam aduleros, scortatores, misericordes, sordidos, sine villa falsitate demonstrabat: annulos aureos ferreos & argenteos terra defossos, eruebat, & singulis dominis, seu viris, seu vxoribus præsaga vi quadam fine errore reddebat, & mixta imperatorum nomismata, citatis non minibus singula à singulis distinguebat.

Anno xvii. mare per Thraciam milliaris quatuor diffusum est, & cooperuit Odysum, Dionysiopolim & Aphrodisium, multique sunt in aquis suffocati: & iterum Dei præcepto restitutum est mare idem in loca sua.

Anno xix. summa fuit frumenti, vini & olei penuria, & pluia maxima, & factus est terrāmotus magnus Constantinopoli, & euersio sancti Paschæ. nam diem η παρουσία. Dominicam in sextagesima (à qua Græci esum carnium deponunt) celebrarunt 4. die Februarij. Imperator autem iussit alia hebdomada carnem in Macello vñalcim proponi: quæ erat populo septimana tyrophagu, qua caseo & ouis vtuntur, à carnis autem abstinent, ea est septimana post Dominicam in quinquagesima. Populus nihil magis carnes comparauit aut esitauit: & cū ex edicto imperatoris vna septimana tardius celebrandum esset Pascha, morem gesit populus, & hac ratione inuenit est populus superflua vna hebdomada ieiunasse. Tanta tunc inerat plebibus à bonis episcopis institutis pietas, vi nullis principis edictis, vel à ceremonia quadragesimæ, vel à recta confessione, ad aphardocitarum deliria posset abduci.

Anno xx. extitère graues terrāmotus & imbræ insoliti & magni: mortuaque est Augusta, de cuius ingenio & hæretica verutia supra dictum est suo loco.

Anno xxii. & xxiii. tonitrua & fulgura supra naturalē modum desauierūt. Partes populi iterum conflixerunt: & orta sunt vrbica incendia, cum cædibus, & amissa est imperialis corona.

Anno xxiv. i. Iulij terribilis terrāmotus fuit per vniuersam Palæstinam, Arabiam, Mesopotamiam, Syriam & Phœnicam, qui multas vrbes, & multos homines extinxit. In vrbe quoque Botry, pars montis in mare cadens urbem antea importuosam fit portuosam.

Hoc anno Epinicia de Totila occiso, & Roma recepta per Nasum, Constantinopolim allata sunt.

Anno xxv. celebratum fuit magnum quintum concilium, h. est Constantinopolitanum secundum, de quo fusè à nobis sūrius dictum est.

Anno xxvi. terribilis Constantinopoli terrāmotus fuit per alias vrbes totis xii. diebus à die xv. Augusti. Fit autem memoria terrāmotus huius per singulos annos, in campo litani populo agente.

Anno xxvii. facta sunt tonitrua & fulgura horrenda & vetus Africus terribilis, ita vt caderet crux quæ stabat ad portam Auream.

Anno xxviii. ignis è cælo (seu cometa ardens, vt ait Dracō) quasi Ex Cæsar species Lanceæ apparuit à Septentrione usque in Occidentem. no.

Anno xxix. factus est terrāmotus Constantinopoli & aliis locis terribilis valde, qualem nullus hominum memorabat illo seculo in terris accidisse. Concutiebatur terra continua diebus, non tibūsque

Vita Iustiniani.

Etib[us]que decem: muri Constantinopoleos, multaque tempula & domus tunc conciderunt: qua ex re mœstus imperator coronam imperiale abiecit, & absq[ue] ea ad Natalitia & Theophania processit, & decem & nouem dierum cletoria. i. publicos accubitus & conuiua cessare fecit, eorum expensis, egenis distributis.

Ex Cedreno & Diacono.

Anno xxxii. Trullus magnæ ecclesiæ (qui continuis superiorum annorum terræmotibus conciderat) iterum à Iustiniano reparatus est, & exaltatus plusquam viginti pedibus in superioribus supra ædificium quod antea fuerat, & iterum ab Eutychio est dedicatus. Sacram quoque mensam eius ecclesia tum ex omni materia, quam terra fert, genere conflavit, liquatisque iis quæ conflationem recipiunt, puta auro, argento, lapillis &c. ligna pretiosa, & alia sicca immisit, mira & varia operis facie: & in orbem hanc adiecit inscriptionem: Τὰ σὰ ἐν τῷ σῶν σοι προφέρουμενοῖς μέλοισι οὐ χριστιανὸς οὐ καθολικός. οὐ δικτυωτός προσδέξαι οὐ εἰς οὐλή λόγε θεοῦ οὐ σαρκωθεὶς οὐ διαπλάσεις υπὲρ ιμάντων. οὐ δικαίων οὐ τῷ ὄρθodoξῳ στον τίσει διατήσουν οὐ τῷ πολιτειαντὶ ιμάντων οὐ πεισμοσασ εἰς τῷ ιδίᾳν στον δόξαν αὐτούς, οὐ φύλαξον, πρεσβείασ τῷ ἁγίᾳ θεοτόκῳ οὐ διεπαρθένη Μαρίας.

Inchoata igitur hæc fuerunt adhuc superstitiones. Ex Cedreno & Diacono.

Eodem anno Hunni, qui & Slauini dicuntur, atque etiam noissimè Turci appellari coeperunt (teste Diacono) Thracias infestantes, Belisario primū missō, ac postea Iustino Curopalata, Iustinianus in imperio successore, redire ad suos sunt coacti.

Anno xxxiiii. mense Decembri, magnum fuit in vrbe Constantinop. incendium à templo S. Sophiae usque ad Probi. Fuit & magna pestis & mortalitas in Cilicia, & Anazarbo & Antiochia magna, necnon & terræmotus, & congressi sunt inter se in ea vrbe orthodoxi cum Seuerianis, & multæ cædes perpetratae. Fuerūt hi Seueriani seu Seueritæ, iidē postea & Aphtartodocitæ, in quorum partes inclinauisse principem supradiictum est: missus tum à Iustiniano fuit ed Zimarchus comes Orientis, qui ἀτάκτος inordinatos & rebelles, proscriberet, deportaret, membris debilitaret.

Anno xxxv. no[n] ēte intempesta magnum exortum est incendiū iu vrbe Regia.

Anno xxxvi. incendio cōflagravit venerabilis domus Sampsonum, & quæ ante Rusi, & Melaulon magnæ Ecclesiæ Garsonostasium dictum: & duo asceteria proxima templo S. Irenes cum eius Narthecis parte.

Anno xxxvii. moritur Belizarius Patritius Byzantij.

M O R S I V S T I N I A N I.

Anno tandem imperij sui xxxvi. renouato iam Dogmate de corruptibili & incorruptibili Christi corpore, per edictū ubique locorum (à pietate alienum propositum, Deo præoccupante, defunctus est, & sepultus ex more imperatoriū in magnifico monumento quod ipse lapide Sardo in templo sanctorum Apostolorum construxerat, ad dextram ingredienti partem. Id templum à Theodora Augusta fuisse instauratum diximus. Aiunt moritum Iustinianum testamento mandasse reuocationem ab exilio, & restitutionem in integrum sancti Eutychij Patriarchæ Constantinopolitani, quem idcirco exultatum miserat, quod eius coethes hæreses amplecti nollet, sicut olim Constantinus restitutionem sancti Athanasij testamēto mandauerat. Imperauit Iustinianus annis xxxvi. mensibus septem, diebus xxi. succedente ei Iustino Curopalate.

Nicephor. lib. 17. c. 33.
Composuit Iustinianus in Christi honorem elegantissimum hymnum, qui hodiéque à Græcis, & in sacra synaxi & missa, & mesorio quoque horæ sextæ palam in ecclesia canitur, extatque in eorum Horologio, & Liturgico libro. Græcè & Latinè his verbis:

T R O P A R I U M.

Ο μονογενὴς υἱὸς οὐλόγος θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχαν, οὐλόγος ταῖς δέξιοις μιᾷ τῷ οὐμετέρῳ σωτηρίᾳ Σαρκωθεῖται, ἐν τῇς ἀγίας Θεοράου οὐλόγος τε χριστὸς θανάτῳ θάνατον πατήσας, εἰς ὧν τῇς ἀγίας θάλασσος, οὐμοξαζόμενος τῷ πατέρι οὐλόγῳ τῷ ἀγίῳ πνύματι, σώσσων οὐλόγος.

L A T I N E S I C L E G I T V R I N S A C R A

Græcorum missa olim per Leonem Tuscum edita.

Vnigenitus filius & Verbum Dei cùm sis immortalis, dignatus es propter nostram salutem carnem sumere de sancta Dei genitrici semper Virgine Maria inconuertibiliter factus homo, qui crucem subisti Christe Deus, morte conculcans mortem, vnu[s] existens sanctæ Trinitatis conglorificatus patri & spiritui sancto, saluos nos fac.

Explicita est Imperatoris Iustiniani Legislatoris nostri vita.

FELICITER.

Θεῷ οὐλόγῳ.

Ex Harolo
gio Greco-
rum.

TITVL V DIGESTI VETERIS

SERIE ALPHABETICA

dispositi: quò facilius hac in arte
tyrunculi eos inuenire possint:

| | | |
|----------|---|------|
| A | Ctionibus empti & venditi. | 1802 |
| | Adoptionibus & emancipationibus. | 100 |
| | Ad exhibendum. | 1176 |
| | Ad legem Aquilam. | 1055 |
| | Ad legem Rhodiam de iactu. | 1459 |
| | ad Senatusconsultū Macedonianū. | 1493 |
| | Ad senatusconsultum Velleianum. | 1574 |
| | Æstimatoria actione. | 1884 |
| | Ædilitio edicto. | 1958 |
| | Aleatoribus. | 1213 |
| | Alienatiōe iudicij mutādi causa facta. | 616 |
| C | Alumnatoribus. | 466 |
| | Capite minutis. | 584 |
| | Certi condicōne. | 1233 |
| | Communia prædiorum tam vbanorum quam rusticorum. | 1014 |
| | Commodati, vel contra. | 1406 |
| | Communi diuidendo. | 1159 |
| | Compensationibus. | 1596 |
| | Cōdicitōe causa data, causa nō secu. | 1306 |
| | Condicōne ob turpem causam. | 1322 |
| | Condicōne indebiti. | 1326 |
| | Condicōne sine causa. | 8368 |
| | Condicōne furtiu. | 1371 |
| | Condicōne ex lege. | 1379 |
| | Condicōne triticaria. | 1380 |
| | Constitutionibus principum. | 84 |
| | Constituta pecunia. | 1393 |
| | Cōtrahēda emptione & venditōe. | 1724 |
| D | Epositi, vel contra. | 1602 |
| | Dilationibus. | 235 |
| | Diuitiis & repudiis. | 2218 |
| | Distractione pignorum. | 1944 |
| | Dolo malo. | 503 |
| | Donationibus inter virū & vxorem. | 2178 |
| E | Dendo. | 241 |
| | Eo per quem factum erit quò minus quis iudicio sifat. | 218 |
| | Eo quod certo loco dari oportet. | 1383 |
| | Eo quod metus causa gestum erit. | 477 |
| | Euictionibus. | 1997 |
| | Exceptione rei venditæ & traditæ. | 2037 |
| | Exercitoria actione. | 1449 |
| | Ex quibus causis maiores. 25. annis in integrum restituantur. | 590 |
| F | Amiliae eriscundæ. | 1124 |
| | Feriis & dilationibus, & diuersis temporibus earum. | 2358 |
| | Fide instrumentorum. | 2083 |
| | Fideicōmissaria hereditatis petitione. | 818 |
| | Finium regundorum. | 1110 |
| | Fugitiuis. | 1211 |
| | Fundo dotali. | 2173 |
| H | Ereditate vel actione vendita. | 1771 |
| | His qui deiecerit vel effuderit. | 1092 |
| | His qui notantur infamia. | 338 |
| | His qui sunt sui vel alieni iuris. | 95 |
| I | N diem addictione. | 1759 |
| | In integrum restitutionibus. | 472 |
| | In ius vocando. | 183 |

| | | |
|----------|--|------|
| A | In item iurando. | 1300 |
| | In officioso testamento. | 715 |
| | Interrogatoriis actionibus. | 1191 |
| | In ius vocati vt eant aut satis vel cautum dent. | 197 |
| | In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur. | 1924 |
| | In rem verso. | 1554 |
| | Institoria actione. | 1468 |
| | Indiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat. | 672 |
| | Iudicio finium regundorum. | 1119 |
| | Iureiurando. | 1272 |
| | Iuris & facti ignorantia. | 2095 |
| | Iurisdictione omnium iudicum. | 163 |
| | Iure dotium. | 2125 |
| | Iustitia & iure. | 53 |
| L | Legē commissoria. | 1768 |
| | Lege Rhodia, de iactu. | 1459 |
| | Legibus senatūsque con. & lōga consuetudine. | 72 |
| | Locati & conducti. | 1845 |
| M | Andari, vel contra. | 1628 |
| | Minoribus. 25. annis. | 530 |
| | Mortuo inferendo, & sepulchro ædificando. | 1232 |
| N | Autæ, caupones, stabularij, vt recepta restituant. | 661 |
| | Nautico fœnore. | 2066 |
| | Negotiis gest. | 411 |
| | Ne quis cum qui in ius vocatus est, vi eximat. | 198 |
| | Noxalibus actionibus. | 1098 |
| O | Officio adsestorum. | 157 |
| | Officio consulis. | 124 |
| | Officio eius cui mādata est iurisdiction. | 153 |
| | Officio iuridici. | 152 |
| | Officio præfecti augustalis. | 141 |
| | Officio præfecti prætorio. | 125 |
| | Officio præfecti vrbi. | 126 |
| | Officio prætorum. | 130 |
| | Officio præfecti vigilum. | 131 |
| | Officio proconsulis & legati. | 134 |
| | Officio præsidis. | 142 |
| | Officio procuratoris Cæsaris. | 151 |
| | Officio quæstoris. | 128 |
| | Operis seruorum. | 948 |
| | Origine iuris, & omnium magistratum, & successione prudentium. | 62 |
| P | Actis. | 254 |
| | Pactis dotalibus. | 2161 |
| | Peculio. | 1505 |
| | Periculo & comodo rei venditæ. | 1789 |
| | Petitione hereditatis. | 747 |
| | Pignoribus & hypothecis. | 1903 |
| | Pigneracia actione. | 1422 |
| | Possessoria hereditatis petitione. | 818 |
| | Postulando. | 328 |
| | Publiciana in rem actione. | 866 |
| | Præscriptis verbis. | 1887 |
| | Probationibus. | 2069 |
| | Procuratoribus & defensoribus. | 356 |
| | Pro socio. | 1684 |
| Q | Vádo dies vī fructū legati cedat. | 927 |
| | Quando de peculio actio annalis est. | 1551 |
| | Quæ res pignori obligari nō possūt. | 1926 |
| | Quemadmodū seruitutes amittātur. | 1040 |
| | Qui potiores in pignore habeantur. | 1929 |
| | Qui satis dare cogantur. &c. | 210 |
| | Quibus modis pignus vel hypothe. | 1949 |
| | Quibus ex causis maiores. 25. an. | 590 |
| | Quibus modis vſusfructus vel vſus amittitur. | 928 |
| | Quibus reb⁹ ad eundē iudicē eatur. | 1204 |
| | Qd̄ cū eo qui in aliena potestate, &c. | 1489 |
| | Quod cuiuscūque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur. | 404 |
| | Quod iussu. | 1571 |
| | Quod quisque iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur. | 176 |
| | Quod metus causa — | 477 |
| R | Ebus creditis. | 1233 |
| | Receptis arbitris : & qui arbitriū recipiunt, vt sententiam dicant. | 624 |
| | Rei vindicatione. | 820 |
| | Religiosis, & sumptibus funerum. | 1218 |
| | Rerum diuisione, & qualitate. | 114 |
| | Rerum permutatione. | 1886 |
| | Rescindenda venditione. | 1784 |
| | Restitutione in integrum. | 472 |
| | Ritu nuptiarum. | 2106 |
| S | Enatoribus. | 119 |
| | Senatusconsul Macedoni. | 1493 |
| | Seruis exportandis. | 1798 |
| | Seruitutibus. | 969 |
| | Seruitutibus vbanoru prædiorum. | 977 |
| | Seruitutibus prædiorum rusticorum. | 996 |
| | Seruo corrupto. | 1205 |
| | Seruis fugitiuis. | 1211 |
| | Si ager vētigalis id est emphyteuticarius petatur. | 879 |
| | Si seruitus vindicerur &c. | 1025 |
| | Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. | 944 |
| | Si certum petetur. | 1233 |
| | Si ex noxali causa agatur. quemadmodū caueatur. | 214 |
| | Si mensur falsum modum dixerit. | 1215 |
| | Si pars hereditatis petatur. | 808 |
| | Si quadrupes pauperiē fecisse dicat. | 1051 |
| | Si quis in ius vocatus non ierit. | 194 |
| | Si quis ius dicenti nō obtēperauerit. | 182 |
| | Si quis cautionibus iudicio sistendi causa factis non obtēperauerit. | 221 |
| | Sponsalibus. | 2103 |
| | Statu hominum. | 86 |
| T | Estibus. | 2084 |
| | Transactionibus. | 312 |
| | Tributoria actione. | 1479 |
| V | Sufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. | 880 |
| | Vſuſfructu accrescendo. | 940 |
| | Vſuſfructu earum rerum quæ vſu conſumentur. | 940 |
| | Vſu & habitatione. | 949 |
| | Vſuſfructuaris quemadmodū caueat. | 958 |
| | Vſuris. | 2039 |

FINIS.

Rubricæ Digesti veteris.

DIGESTI VETERIS RUBRICÆ

centū quinque & quinquaginta continentur. LXV.
carminibus sequentiibus, eo textis artificio, ut præter
principale intentum, aliquid sententiæ videatur ha-
bere. quorum declarationem mox subiunximus.

Et primo primi libri.

IVs. & origo patent. leges quoque parte priori.
Constitut. status. ac alienus. adoptat. & est res.
Dátque senatores. consul. prætorius. vrbis.
Sunt quæstor. prætor. vigilum præfectus. habendi
Officium pariter proconsulis vtile noscas.
Vult his augusti. præses. vel Cæsaris addi.
Censor Alexandri. Ius mandat. & assidet inde.

De iustitia & iure. De origine iuris ciuilis, & omnium magistra-
tuum, & successione iuris prudentum. De legibus senatusq; con-
sultis, & longa consuetudine. De cōstitutionibus principum. De
statu hominum. De his qui sui vel alieni iuris sunt. De adoptioni-
bus, emancipationibus, & aliis modis quibus ius patriæ potesta-
tis soluitur. De terum diuisione, & qualitate. De senatoribus. De
officio consulis. De officio præfeti prætorio. De officio præfeti
vrbis. De officio quæstoris. De officio prætoris. De officio præfeti
vigilum. De officio proconsulis & legati. De officio præfeti
augustalis. De officio præsidis. De officio procuratoris Cæsaris,
& rationalis. De officio iuridici Alexandriæ. De officio eius cui
mandata est iurisdictio. De officio assessorum.

Secundi libri rubricæ.

Est iurisdictio. statuens in parte secunda.
Si quis ius dicens. vocat in ius. non ierit tunc.
Iussit lex vt eant qui sunt in iure vocati.
Eximat hos nemo. leges quos sat dare cogunt.
Si noxalis agat per quem fit. cautio sisti.
Feriat. edendo. pæctum. si transfigat vllus.

De iurisdicione omnium iudicium. Quod quisque iuris in aliū
statuerit, ipse eodem iure vtatur. Si quis ius dicenti nō obtemperauerit. De in ius vocado. Si quis in ius vocatus nō ierit: siue quis
eum vocauerit quem ex dicto non debuit. In ius vocati vt eant,
vel satis aut cautu dēt. Ne quis eum qui in ius vocatur, vi eximat.
Qui satis dare cogātur: vel iurato promittant, vel suę cōmittantur
promissioni. Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur.
De eo per quem factū erit quod minus quis iudicio sistat. Si quis
cautionibus iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit.
De feriis & dilationibus, & diuersis temporibus earum: & ex qui-
bus causis feria non impediūtur. De edendo. De pæctis. De trans-
factionibus.

Tertiij libri rubricæ.

Postulat. infamat. procurat nomine terna.
Gesta negotia sunt his atque calumnia iuncta.

De postulando. De his qui notantur infamia. De procuratori-
bus & defensoribus. Quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel
contra eam agetur. De negotiis gestis. De calumnioribus.

Quarti libri rubricæ.

Restituit quarta. metus. & dolus. & minor hic sunt.
Deminuit. maior. alienat. & arbiter hinc est.
Nautæ caupones stabularius abdita reddant.

De in integrum restitutionibus. Quod metus causa gestū erit.
De doce malo. De minoribus. xxv. annis. De capite minutis. Ex
quibus causis maiores. xxv. annis in integrū restituantur. De aliena-
tione mutandi iudicij causa facta. De receptis arbitris: & qui
arbitrium recipiunt, vt sententiam dicant. Nautæ, caupones, sta-
bularii, vt recepta restituant.

Quinti libri rubricæ.

Iudiciis quinta. exheres queritur. petit heres.
Si pars heredis. sic possessoria poscat.

Iungas heredem fideicommissa petentem.

De iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inoffi-
cio testamento. De petitione hereditatis. Si pars hereditatis pe-
tatur. De possessoria hereditatis petitione. De fideicommissaria
hereditatis petitione.

Sexti libri rubricæ.

Vindicat & sexta. tractans de Publiciana.

Vestigalis ager aut emphyteuticus est hic.

De rei vindicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager ve-

ctigalis vel emphyteuticus petatur.

Septimi libri rubricæ.

Dans vsumfructum pars septima. crescere cedit.

Amittatur res quæ consumenda petatur.

Dat seruis operas. habitatio. si cauet vetus.

De vsumfructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. De vsum-
fructu accrescendo. Quando dies vsumfructus legati cedat. Qui-
bus modis vsumfructus vel vsum amittatur. De vsumfructu earu re-
rum quæ vsum consumuntur, vel minuuntur. Si vsumfructus petatur,
vel ad aliū pertinere negetur. De operis seruorum. De vsum
& habitatione. Vsumfructarius quemadmodum caueat.

Octaui libri rubricæ.

Vtere seruitis octaua parte locatis.

Prædia dant vrbes. & rus. communia multis.

Ni mihi seruitum bene vindico. perdere possum.

De seruitutibus. De seruitutibus vrbaniorum prædiorum. De
seruitutibus rusticorum prædiorum. Communia prædiorum tam
vrbaniorum quam rusticorum. Si seruitus vindicetur, vel ad aliū
pertinere negetur. Quemadmodum seruitus amittatur.

Noni libri rubricæ.

Quadrupedem nona dabit. Aquilam quoque legem.

Effundunt multi. noxalis vt actio detur.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Ad legem Aquilam.
De his qui deiecerunt, vel effuderunt. De noxalibus actionibus.

Decimi libri rubricæ.

In decima fines regis. ac erciscere posses.

Diuisis tandem communibus. exhibeamus.

Finium regundorum. Familiæ erciscundæ. Communi diuidun-
do. Ad exhibendum.

Vndecimi libri rubricæ.

Vndecima iudex interrogat. itur ad ipsum.

Seruos corrumpunt. fugitiuos. alea. mensor.

Funera cum sumptu. debes inferre sepulchro.'

De interrogationibus in iure faciédis, & interrogatoriis actio-
nibus. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur. De seruo cor-
rupto. De seruis fugitiuis. De alea lusu, & aleatoribus. Si mensor
falsum modum dixerit. De religiosis, & sumptibus funerum. De
mortuo inferendo, & sepulchro violato vel inaedificando.

Duodecimi libri rubricæ.

Res credit. iurans in item pars duodena.

